Preterea. iij. de aĩa. ca. de volũtate. ſiue de mouẽte dicit ꝙ volũtas ẽ mouẽs motũ. ⁊ appetibile mouẽs ⁊ non motũ. igitur volũtas mouet ab obiecto. ⁊ nõ mouet niſi motu appetẽdi ⁊ volẽdi obiectũ. ergo voluntas tñ patitur volẽdo.

M

Reſpõſio ad primũ dubium

Ad primũ dubiũ de libertate dico ꝙ libertas eſt volũtas. Et ad argumẽtum in oppoſitũ nego õñaz. Sed tñ ſeqtur ꝙ libertas nõ ſit termin' ſynonim' cũ iſto termino volũtas: qr iſte termin' libertas cõnotat aliquid aliud a volũtate qd nõ ſignificat principaliter ⁊ in recto: ideo põt de diuerſis pdicari ſm magis ⁊ min'.

N

Ad ſecundum

Ad ſcdm dubiũ põt concedi ꝙ idem actus ſit odiũ ⁊ dilectio reſpectu diuerſoꝝ: ſicut manifeſte patet ſi velim ſic. vtinã ſortes occidat vt plato promoueat vnica volitione poſſum velle finẽ ⁊ ea que ſunt ad finem. Similiter idẽ act' eſt quo volo ſortẽ nõ eſſe: et odio ſortẽ ⁊ deſideriũ reſpectu ipi'. Et quãdo arguit ꝙ amor ⁊ odiũ ſunt ↄ̃ria. dico ꝙ nõ niſi reſpectu eiuſdẽ obiecti. ſicut duplũ ⁊ dimidiuz nõ ſunt diuerſa ſeu ↄ̃ria niſi reſpectu eiuſdẽ: et nõ reſpectu diuerſoꝝ. Nã etiã idẽ eſt act' quo volo ſortẽ nõ eſſe ⁊ deſideriũ reſpectu eiuſdez: ſic ꝙ ita eẽt ſicut denotat p hãc ppõnẽ. ſortes non eſt.

O

Ad tertium

Ad tertiũ dubiũ. an idem poſſit eſſe ſimul ⁊ ſemel oditus ⁊ dilectus. Dico ꝙ ſic apphendẽdo p duas ppõnes ſiue intẽtiones: quarũ vna cauſat: ſicut ptalis cã dilectionẽ. ⁊ alia odiũ: vt patuit in iſto exẽplo de ſorte odiẽte interfectorẽ patris ſui quẽ neſcit eſſe platonẽ: et diligit platonẽ: ⁊ ſcit ſe diligere platonẽ.

P

Ad quartum

Ad quartũ dubiũ qd mouet quoſdã ad ponenduz res in eſſe cognito in quodã eẽ diminuto: dico ꝙ bene ſtãt. ſortes diligit: ⁊ tñ ſortes nihil di-

ligit. Nam per istā ppōnē sortes diligit: nihil aliud designatur nisi ꝙ dilectio ē in sorte. Hac aūt dilectiōe aliquādo aliqd diligit: sicut quādo sortes est aliqd. Et aliqñ nihil per eā diligitur: sicut quādo sortes nō est.

Q. Ad argumētū in oppositū quarti dubij

Ad pmū in oppositū. Nego ꝯñaȝ. sortes nihil diligit. ergo dilectio non est in sorte.

Ad secūdum

Ad scdm. nego istā. cuiuslibet dilectionis est aliqđ obiectū dilectum.

Ad tertium

Ad tertiū. nego istā ꝯñam. plato diligit: ergo vult alicui bonū: forte tamen putat se velle alicui bonū.

Ad quartū

Ad quartū de pbo ꝙ in motu aīalis reqritur appetibile: mouens: immobile. Illud soluit cōmētator. xij. metha. cōmēto. xxxvi. per exemplū cōmune de balneo. ꝙ balneū habet duplicē formā: scȝ in aīa ⁊ extra aīam. Per formā in aīa agit desideriū et modū: ⁊ per formā extra aīam vt finis. Et dicit ꝙ nō debēt talia dicta intelligi quasi balneū sit in aīa hominis loquēdo ꝓprie. Sed vult dicere ꝙ intentio vel species vel cognitio balnei est in aīa q̄ est causa partialis desiderij. qđ est respectu balnei. Et silr pħus dicit. ij. de aīa ꝙ reqritur appetibile: et hoc verū est vel ſm ꝙ est in aīa tm̄. vel ſm ꝙ est in aīa ⁊ extra aīam: sicut aliquando accipit vt loqtur ad respondēdū ad hoc qđ est manifestius: quia vel reqrit appetibile extra vel intētio appetibilis. Manifestū est enī ꝙ ita vere mouet aliqñ aīal creatū sine quocūqȝ terribili extra: sicut si verissimū terribile extra appareret.

R. Ad qntū

Ad quintū argumētū cōcedo ꝙ pōt esse dilectatio sine re circa quā: q2 sic nō est dubiū.

Ad sextum argumenti satis responsum est in pma respōsione

Ad qrtū dubium

Ad qrtū dubiū dico ꝙ sicut dictū ē ꝙ volūtas non solū est actiua sed etiā passiua respectu sui actus: sicut cā ptialis. Nam cognitio p̄cedēs volitionē est etiā cā volitionis. Et quecūqȝ sunt cāe cognitionis p̄cedētis sunt cause volitiōis aliquo mō.

Ad primū argu.

Ad pmū in op. de pħo vij. phisi. verū est ꝙ ibi pbat ꝙ in virtute intellectiua nō est alteratio ibidē: tn̄ in. ij. de aīa textus cōmēti. lvi. dans differētiā inter sciētē in potētia anteq̄ habeat sciētiā: ⁊ sciētē in potentia ad cōsiderādū: dicit sic. Utrūqȝ ergo ſm potentiā sciētes. Sed hic quidē p doctrinā alteratus est: ⁊ multotiēs ex ꝯrio mutat⁹ est in habitū. hic aūt ex eo ꝙ habet sensum ⁊ grāmaticā: naturaliter agit in agēdo aliquo mō. Ecce plane duo dicit. Unū ꝙ intellectus alterat qñ deducitur de ignorātia dispōnis ad habitū sciencie. Aliud dicit ꝙ sciens habitū quādo deducitur ad actū scdm in agēdo aliquo mō mutatur. Cōmētator etiā ꝯmē. lvij. in fine. Que estheusio faciētis: est duplex: scȝ alteratio de nō eē ad perfectionē: ⁊ alteratio de pma perfectione ad vltimā. Et in alijs cōmētis circa passum istum frequēter replicat ꝙ intellectus alterat. Et ideo ad saluandū intentionē Aristo. ibi oportet scire ꝙ intentio sua est pbare ꝙ in mouētibus ⁊ motis nō est ꝓcessus in infinitū. Ad qđ pbandū pus pbat ꝙ in tali motu aliqđ mouens est motum ⁊ hoc pbat in motu locali inductiue ⁊ ꝯñter de pulsione vectione tractione ⁊ vertigine. hoc idem pbat in motu alteratiōis vbi ostendit ꝙ nō est alteratio nisi ad qualitates sensibiles que sūt de tertia spē qualitatis: ⁊ in oīm tali alteratione mouens ⁊ motū sunt sil. qualitates aūt q̄ sunt in pte intellectiua cāntur vel a sensibus. ⁊ sic p sensum ad intellectuȝ ⁊ semp aliqđ mouēs est semp cū moto. imo qñ intellectus possibilis recipit spēm a fantasmate, simul ē intellect⁹ q̄ mouet. ⁊ fantasma qđ mouet vel intellectus agens. si ponat, ita ꝙ intentio pħi est p̄ncipalr ostendere ꝙ in oīm motu aliquod mouēs est simul cum moto. in parte aūt intellectiua nō est alteratio: verū est q̄ alterati o illaȝ ꝓpositionē falsificet mouēs ⁊ motū sunt simul. Sic ergo intelligit ad pñs ꝙuis p textū suum videat ibi magis eū secutum fuisse sententiaȝ platonis de scīa ꝙ sniam ꝓpriā. ⁊ licȝ ponēdo viam platonis de ꝯcreatione scīe cū aīa planū sit ꝙ in aīa nō fiet alteratio qñ acquirit sciam tn̄ ſm opinionē Aristo. erit alteratio in aīa q̄ alterans ⁊ alteratū sint simul: multomagis ꝙ sensibile alterans mediū.

Ad secūdum

Ad aliud qđ accipit ex alio omne qđ mouet ⁊c̄. ergo voluntas nō mouet a se. Dico ꝙ volūtas mouet a se tanꝙ a cā ptiali ⁊ ab alio. q2 volūtas nūꝙ causat in se volitionē nisi cognitione volū p̄habita: ⁊ ideo nō mouet a se sicut a causa totali.

Ad tertiū

Ad tertiū qñ deducit ad hoc incōueniens ꝙ idem esset in actu ⁊ in potētia respectu eiusdē. Dico ꝙ incōueniens esset ꝙ ideȝ haberet aliqd ⁊ tn̄ esset in potentia ad illud: q2 sic idem haberet ⁊ nō haberet. Uū volūtas nō est in actu volens anteꝙ velit: ꝫ in potentia tn̄: vt dictum fuit. tn̄ sic est in potētia: q2 pōt se reducere ad actū scdm eū coactione cognitiōis.

Ad scdm pncipale huius dubij

Ad secūdū pncipale de isto dubio cuius vis stat in hoc ꝙ volūtas nō est causa sue delectationis: ꝗ nō ē causa sue volitionis: dato ꝙ delectatio aliqua seqtur naturaliter cognitiōez alicui⁹ delectabilis sicut ponunt aliq ꝙ ad clarā dei visionē sequit naturalit delectatio: ⁊ ad istā delectatiōez sequit volitio: hoc posito adhuc ista ꝯña nō vȝ. ista delectatio ē ab extrinseco ⁊ istam delectationē sequit naturaliter ista volitio. ꝗ ista volitio ē ab extrinseco: ꝫ sequit ꝙ est ab extrinseco totalr vel est ab extrinseco ⁊ volūtate nō libere ꝫ naturaliter ⁊ hoc ē possibile. si ita sit ꝙ aliquā visionē sequat naturaliter delectatio: sed nō sequitur: nō est libere a voluntate. ergo nō

est effectiue a voluntate. Dico tamē q in casu volūtas potest esse causa sue delectationis indirecte. Potest enim voluntas continuare consideratiouem intellectus circa aliquod delectabile in quo delectat: ꝛ copulare ad illud cognitionē sensitiuā. ꝛ sic intēdit delectationē suā. ꝛ per ꝯñs causare delectationē in se. Et similiter cōcedo q volūtas potest causare in se tristitiā intendēdo eā per cōtinuationē cognitiōis circa causam tristitie. Unde ille qui attētius ꝛ diligentius vult causas tristitie cōsiderare: certe causat ꝛ augmētat tristitiā suā. eo q augmētū cognitionis de tristib⁹ in causis seq̄tur augmētatio tristitie. Et licet volitio tristitie sequatur tristitiā naturaliter: nō tamē ideo seq̄tur q illa non sit a volūtate: sed est a volūtate licet nō libere sed tm̄ naturaliter.

Ad tertium

Ad tertiū pncipale dubij cuius vis stat in hoc q voluntas nō pōt esse in consimili dispōne quādo causat volitionem ꝛ quādo nō: ppter istā ppōnē. viij. phisi. Si motor moueat postq̄ non mouebat ꝛc̄. Dicēdū est ad hāc ppōnē vltimā q ipa habet intelligi de motu locali ab extrinseco extra volūtatē sic q si moueat modo ꝛ pri⁹ non mouebat habet aliquā dispositionē quā pri⁹ nō habuit: q2 saltē nūc vult mouere ꝛ prius non voluit: q2 si prius voluisset pri⁹ mouisset vel nō habuisset posse sufficiēs: tamē in rei veritate ppō est falsa de virtute sermonis: tā de agēte libero q̄ de deo: quia agēs liberū respectu volitiōis, habet posse sufficiēs respectu volitiōis qñ nō vult ad volendū. Et ideo dicit̄ liberū. q2 potest agere: ꝛ per ꝯñs habet posse sufficiēs ad agēdū: ꝛ potest nō agere. Et ad primā ppōnē que est q volūtas nō pōt oīno esse in cosimili dispōne quādo causat volitionē ꝛ qñ nō: Nec habet eandē habitudinē ad effectū illū qui est velle quādo vult: ꝛ quādo nō vult. Cōcedo q qñ causat volitionē informat̄ p volitionē suā: ꝛ disponit̄ p eam et habet se ad eam in habitudine cāe ad suū effectū. De nouo tamē nullā rē recipit que coagat ad causandum volitionē quā prius nō habebat. Et ideo ad formā argumēti qñ capit̄ instās in quo voluntas incipit velle a. obiectū. Dicit̄ q nō est dare tale instās. Et qñ queritur aut nūc primo habet posse sufficiēs ad volēdū vel nō. Dico q nūc nō pmo: quia prius per causam habuit posse sufficiēs ad volendū. Et quādo arguit̄. ergo pri⁹ voluit. Nego ꝯñaꝫ de agēte libero: sed si naturaliter egisset ꝯña foret bona.

Ad quartum

Ad quartū pncipale patet per idē: q2 est equalis virtutis Et ad auctoritatē cōmētatoris. viij. phisicoꝝ. cōmēto. v. qui dicit q motor mouet in tpe in quo mouetur ꝛ nō ante: nisi q2 ante non habebat dispositionē in qua possibile erat ei mouere. Dicendū q ista ppositio sua est falsa: plane patet de deo qui posse sufficiēs habet ad producendū mūdos alios ꝛ nō facit et sufficiēs posse habuit ad producēdū ipm anteq̄ ipm produxerit ꝛ non fecit. Cuius oppositū nititur cōmētato: declarare cōmento. viij. eiusdē libri: ꝛ in alijs cōmētis multis. Et verū est q rōnes aristotelis in. viij. super quas fundat se ad cōcludendū vnū motorē primū separatū a magnitudine ꝛ immobilē sunt false: scꝫ primo eternitas motus ꝛ tpis a parte ante ꝛ a parte post: ꝛ ideo totus pcessus suus in. viij. est nimis debilis ad intentū suū probandū: ꝛ ideo non oportet auctoritatē suam in tali recipere.

Ad quintum

Ad quintū quādo arguit̄ per diffinitionē potentie actiue quā ponit. est principiū transmutandi ꝛc̄. Potest dici q per istā diffinitionē satis innuit q idem possit se aliquo modo transmutare. Et ideo non dicit q potētia actiua est principiū transmutandi alterū a se absolute: ſ3 dicit sub disiūctione vel alterū a se vel in q̄tuꝫ alterū. i. in q̄tū caret aliqua pfectione quā a se potest recipere: ꝛ ita voluntas trāsmutat se ad volitionē: large loquendo de transmutatione.

Ad sextum

Ad sextū de pho. iij. de aīa ꝛc̄. Dico q phūs loquitur gratia doctrine: sicut manifestius videbimus de motibus animaliū: videlicꝫ q mouent se propter appetibile sensatū ab eis: quod cōuenit oībus aīalibus: ꝛ tunc appetibile mouet: verū est causando cognitionē sui ꝛ appetitum. non tamen vult negare quin in perfectis aīalibus sic est q moueantur aliquādo ꝛ appetant illud quod non vident nec sentiūt imo appetūt ꝛ nullā rem appetūt: sicut si in hyeme appetā rosas. Et ideo dicendū q appetibile accipitur ibi pro appetibili cōmuniter pro eo q̄d ē appetibile in rei veritate et pro intentione seu cognitione que est causa ptialis volitionis vel actus volendi. ita q semper ad causandū volitionē vel appetitū cōcurrit intētio obiecti vel obiectū vna cum potentia appetitiua: et ideo potentia appetitiua non ē nisi causa partialis effectiua actus.

Responsio ad argumēta pncipalia

art 9

Ad primū pncipale q̄stionis huius quando arguitur. Si volūtas foret libera ꝛc̄. sequitur q voluntas posset libere velle ꝛ libere non velle libertate contradictionis: concedo. Et quādo arguit̄. si hec sit vera voluntas potest libere velle: ponatur in esse tunc erit hec vera. voluntas libere vult et nō vult. Potest dici q hec de possibili nō deberet sic poni in esse. Verbi gratia. ista ppositio volūtas potest indifferenter velle ꝛ non velle in a. non debet sic poni in esse. voluntas indifferēter vult ꝛ nō vult in a. sed sic voluntas vult in a. ꝛ potuit immediate ante a. noluisse in a. Vel sic. voluntas

nō vult in a: ⁊ potuit voluisse in a. Eodem modo ista volūtas potest libere velle: debet sic poni in esse volūtas vult ⁊ imediate anteꝙ̄ incepit velle potuit nō incipere velle. Similiter alius defectus in isto argumento est ꝙ ista ꝯña nō valet hec est possibilis voluntas libere vult ergo ista potest esse vera voluntas libere vult. Nam hec possibile est tm̄ deum esse: et possibile est nullam ꝓpositionem esse veram: ⁊ deus potest nihil creare. ⁊ multe tales sunt possibiles: ⁊ tamen nunꝙ̄ possunt esse vere: sed ideo dicūtur possibiles: quia ita potest esse sicut per eas significatur: nec ꝑ istam possibile est nullaz ꝓpositionem esse veraz: denotatur ꝙ hec potest esse vera. nulla ꝓpositio est vera: ſ denotatꝰ ꝙ possibile est ꝙ ita sit sicut per illam denotatur. nulla ꝓpositio ē vera. *Alia responsio* Aliter potest dici ꝙ hec ꝓpositio volūtas potest libere velle: est distinguenda eo ꝙ libere potest determinare ꝑmuz verbum vel secūdū: ꝑcedens vel sequens. Si ꝑcedens ꝓpositio est vera. si sequens ꝓpositio est falsa. Et cum arguitꝰ hec foret possibilis libere vult ⁊ similr libere nō vult. ꝯcedo ꝙ h̄ est possibil. volūtas libere vult. ⁊ hec similiter voluntas libere non vult. sed debet sic exponi. voluntas positis oīnibus que requiruntꝰ ad actū suum habz in potestate sua incipere velle ⁊ nō incipere velle. ⁊ similiter ideo libere vult: quia potest desinere velle quādo sibi placet. ⁊ quando arguitꝰ voluntas libere vult ⁊ est in potētia ꝯtradictionis ad velle. ergo quādo libere vult caret actu nolendi. Nego ꝯñam. q: nō dicitur ꝙ voluntas libere vult: quia vult libertate cōtradictionis quā tunc habet ad actū suū quez habet. sed dicitꝰ libere velle a libertate ꝯtradictionis in qua est ad ꝯtinuandū suuz velle in futurū vel ad discōtinuandū. *Cōtra responsionem replica* Contra. si voluntas vult ergo de necessitate vult siue volet ꝑ aliquod tempus. ⁊ si sic. nō potest libere non velle ꝓ futuro: quia de necessitate volet ꝓ aliquo futuro. *Responsio* Ad istud ꝯcedo ꝯñam ⁊ ꝯsequēs quia si vult de necessitate volet ꝑ tempus: per nullum tamen tempus de necessitate volet: ⁊ q: in potestate voluntatis est qñqꝫ in suis actibus ꝑ hoc tempus futurū velle sicut velle ꝑ horam vl' ꝑ medietatem hore. ideo qñqꝫ qñ vult ab illa potestate respectu futuri denominatur libera licet nō sit verū in oīnibus suis actibus quia nō in illis in quibus necessitatꝰ agere mō nature. Itez nota circa ista ꝙ ista ꝓpositio de possibili nō debet sic exponi vicz ꝙ voluntas potest indifferenter velle ⁊ nō velle in a. sed sic voluntas vult in a ⁊ potuit imediate ante nō voluisse in a. vel sic voluntas nō vult in a ⁊ potuit imediate ante voluisse in a. eodem modo

ista volūtas pōt libere velle debet poni in esse volūtas vult ⁊ imediate anteꝙ̄ inceperit velle potuit nō incipere velle. Similiter alius defectus est in isto argumēto: quia ista ꝯña nō valet. hec est possibilis volūta libere vult. ḡ ipsa potest esse vera. Nā multe sunt ꝓpōnes possibiles: quas posse esse est impossibile. Sed ideo dicūtur possibiles: quia ita potest esse sicut per eas denotatur esse: ⁊ hoc sufficit. *Alia solutio* Dicatur ergo vt prius dictū est ꝙ volūtas potest libere velle: ⁊ volūtas vult. sic intelligēdo ꝙ positis oibꝰ que requirūtur ⁊c. Et sic patet solutio ad ꝑmā formā. *Alia responsio* Aliter potest dici ꝙ hec ꝓpositio. volūtas potest libere velle est concedēda: eo ꝙ libere potest determinare ꝑmū verbū vel scd̄m precedēs vel subsequēs: quia si ꝑcedēs ꝓpositio ē vera: si sequēs erit falsa. *Ad secundum principalis* Ad scd̄m quādo dicitur. tūc hec possit esse vera homo libere intelligit: cōceditur illo modo vt priꝰ. Et eodē modo exponetꝰ nō ꝙ pro instān ꝓ quo hec est vera sit in potētia cōtradictionis: sed quia immediate anteꝙ̄ inciperet intelligere cōcurrētibus oibꝰ reqsitis ad intellectione habuit in sua potestate incipere intelligere ⁊ nō intelligere. *Ad tertium* Ad tertiū quādo arguitꝰ. si volūtas foret libera haberet in sua potestate volitiones futuras: ⁊ cum possit centiesz in die cōsimiles volitiones habere esset in sua potestate quā vellet primo cāre. Nego istā vltimā ꝯñam: quia ipa nō est nisi cā partialis actus volēdi: ideo hāc volitionē primo causabit ⁊ nō aliā. *Cōtra responsio* Cōtra. oēs cause sunt eedē puta volūtas ⁊ cognitio. Nā stante vna cognitione cōtinuata ꝑ horā possum in prima parte hore diligere a dilectione. ⁊ in scd̄a nō diligere. ⁊ in tertia diligere b. dilectiōe oino simili ipsi a. ⁊ in quarta nō. tūc queritur quare magis voluntas producit in prima pte a. ꝙ̄ b. *Solutio* si tēpus sit aliquo mō causa seu celū: tūc facile erit soluere. *Ad quartum* Ad quartū quādo arguitꝰ. si actus voluntatis sit in eius ptāte: tūc aut actꝰ qui ē: aut actus q̄ nō est. Dico ꝙ non est ille qui nō est: q: nullus actus est q̄ nō est: sed q̄libet actꝰ est. Dicitur tamē ꝙ anteꝙ̄ volūtas habeat actū: actꝰ suus est in sua ptāte: q̄ est ꝓpō falsa de in esse: ⁊ ideo est impropria locutio. Sed conceditꝰ in vsu loquētiū. ⁊ admittitꝰ ꝓ vna de possibili q̄ ē ista. voluntas pōt libere velle cāre actū suum. Similiter in aliquo casu qñ volūtas vult hec cōceditꝰ iste actꝰ est in potestate voluntatis: q: volūtas potest libere cōtinuare actū suū diutius vel minus diu. *Ad quintum* Ad quintū quādo arguitꝰ ꝙ hec est impossibilis volūtas libere non vult quia tūc volēdo nō vult. Nego ꝯñam: quia dicitur libere nō velle a potestate cōtradictiōis precedēte ꝑ quā potuit quādo incepit nō velle

noluisse sicut de libere velle dictũ est. Et iõ ɔcedo istã voluntas nihil volendo libere nõ vult. Uti libertate est dupl'r. s. positiue & negatiue. Scđo mõ vtit' volũtas libertate nihil volẽdo.

Ad scđm princi.

Ad secũdum ꝓncipale. q̃n̄ qñ dicit' si volũtas foret libera posset libere suspendere actuꝫ suum. ɔñs falsum: q2 sequit' libere suspendit. g̃ vult suspendere. Dico hic ꝙ exponendo istum terminũ suspendere actũ suũ: sic ꝙ suspendere actũ suũ nihil aliud sit q̃ꝫ libere nõ hr̃e aliqueꝫ actũ sic ɔcedo ꝙ põt suspendere oẽm actuꝫ: q2 libere nihil volendo suspendit oẽm actum suũ. Si aũt iste terminus suspẽdere aliter expona' vicꝫ sic velle nullũ actũ hr̃e: ita ꝙ iste terminus suspendere actũ denotet sic esse a parte rei sic̃ ꝑ hanc copulatiuã signat' tunc manifestũ ẽ ꝙ hec est impossibilis. volũtas suspendit oẽm actũ suum q2 importa' ꝑ eã ꝙ nullũ actũ habet & nullũ actũ vult hr̃e qđ includit ɔtradictiõeꝫ & certe ad talẽ intellectũ. argumentũ ꝓcedit & ɔcludit verũ vicꝫ ꝙ hoc includit ɔtradictiõeꝫ voluntas libere suspendit omnẽ actum suum: quia si sic voluntarie suspendit: & si voluntarie vult. ergo non omnem actum suum suspendit.

Ad tertiũ pnci.

Ad tertiũ ꝓncipale. si voluntas &c̃. g̃ posset abscindere &c̃. nego illam ɔñam & ɔñs siliter. q2 sicut argumẽta facta ꝓbant q̃bus ostendit' falsitas ɔñtis cognitio põt ɔtinuari in sensu ꝑ aliqđ excellens sensibile. g̃ & intellectus similiter: ita ꝙ talem noticiã nullo mõ possit voluntas corrũpere. sicut pꝫ de extrĩte ꝓpe ignem. & eodem mõ est de intellectu separo. Uñ aĩa dãnata siue in purgatorio habet intellectiões q̃s nõ põt libere abscindere ſ ɔtinuant' vel ꝑ diuinam actionẽ vel ꝑ actionẽ obiecti siue aliunde velit nolit. Et qñ arguit' in oppositũ ad ꝓbandũ ɔñam ꝙ voluntas est regina sui actus. & regulat intellectũ: & intellectus nõ põt resistere. Dico ꝙ dato ꝙ sit regina nõ iõ põt facere q̃cq̃d vult. nam ista regina est ita mirabilis ꝙ aliq̃n vult impossibilia: nec põt intellectus in omnibus suis p̃ceptis obedire ei: nec etiam sensus.

Cõtra solutionẽ

Contra. Ans'. dicit de ɔceptu virginali. c. iiij. ꝙ sensus nõ possũt deficere eo ꝙ volũtas monet eos in actionib' suis: & ꝙ nõ pñt ei nõ obedire. Dico ꝙ intẽtio Ans'. nõ est alia nisi ꝙ nullus actus sentiendi est pctm̃ nisi sit imꝑatus a voluntate. vñ dicit. Si de volũtarijs actiõib' que iniuste fiũt arguant' sensus rñdere pñt &c̃.

Responsio

Siliter qñ accipit' in rõne ꝙ voluntas est regina & rõ intellectus nõ est verũ. q2 tunc intellectus foret rõ & regina simul: quia idẽ est intellectus & voluntas.

Ad aliã formam eandem

Ad secũdam formã qñ arguit' ꝙ reminisci non est oꝑatio materialis: q2 nõ obedit volũtati &c̃. Dico ꝙ ad intellectũ Aristotelis nunꝙ̃ potest homo reminisci cum vult: quia reminisci est recordari alicui' qđ homo tradidit obliuioni. Et ideo seq̃tur ſm arist. ꝙ omne reminisci dependet ab organo corporali. Et similiter ex opposito seq̃tur. Si intelligere est immaterialis oꝑatio: seq̃tur ꝙ voluntas potest in aliquod intelligibile: licet nõ in omne.

Ad tertiam

Ad tertiã formã quãdo arguitur ꝑ differẽtiã inter potentiã rationalẽ & irrationalẽ. Dico ꝙ potẽtia rationalis aliquãdo operatur mõ nature & non libere: & in tali casu nõ requirit' volũtas copulãs.

Ad quartam

Ad quartã de intẽtione btĩ Augustini dicẽtis. ad formãdũ actũ: al's aciẽ cogitãtis. requirit' volũtas copulãs &c̃. Dico ad tẽpus differendo difficultatẽ illi' vsq3 alias. q̃tũ tamẽ requirit argumẽtũ. Dico ꝙ verũ est ꝙ in quibusdã intellectionibus ita est ꝙ volũtas cõcurrit copulãs speciẽ in memoria cũ actuali intelligẽtia. hoc est ꝙ homo habet speciẽ & intelligit per illã. & delectatur intelligendo forte: et tunc magis nititur intellectionẽ istã continuare: & tũc cõcurrit volũtas cũ specie ad intelligẽdũ intellectionẽ & ad causandũ intellectioneꝫ. Et sic quodãmõ methaphorice coniũgit parẽtem cũ prole. Similiter in sensu cõtingit puta visum mutari aliquãdo ab obiecto. & recipere speciẽ: & tamẽ nõ videre. sicut accidit cũ homo vehemẽter cogitat de aliqua re: vel cũ auditus vel tactus est vehemẽter in actu suo intensus: tunc verũ est ꝙ spẽs coloris est in visu: & tamẽ visus nihil videt. Causa ẽ ſm august. quia ibi non est volũtas copulãs speciẽ que est quasi ꝓles forme sensate q est quasi parens in memoria. hoc est dictu ibi nõ est cognitio vel attẽtio que est visio realiter: sicut alias dicet': quia aĩa totaliter intẽta sensibili nihil causat ad intẽtionem istius visibilis. Dicta aũt augustini in ista materia sunt quedã adaptationes methaphorice. & habẽt quandã similitudinẽ ad intẽtũ suum licet exilẽ.

Z

Ad quartũ pnci.

Ad quartũ principale quãdo arguitur ꝙ sic, tũc voluntas potest libere velle contra qđcũq3 iudiciũ rõnis & libere cõformare se cuilibet iudicio rõnis. Dico pro nũc negãdo ɔñaꝫ pro vtraq3 parte: quia nec rationi nec etiã cuilibet tali iudicio se ɔformare põt. possibile est tamẽ ꝙ volũtas velit cõtra qđcunq3 iudiciũ rõnis quia habeat sortes tm̃ hoc iudiciũ rõnis ꝙ eũdũ est ad ecclesiã in a. tpe potest tamẽ velle cõtra hoc iudiciũ. et tunc cõcedo ꝙ vult cõtra om̃e iudiciũ rõnis: q2 iudiciũ rõnis ꝓ tũc nõ habet plura supposita sed dico ꝙ est dare tale iudiciũ rõnis cõtra qđ volũtas nõ potest velle & tale iudiciũ est istud. nõ est viuẽdũ misere quia impossibile est. sicut ꝓ nunc teneo ꝙ volũtas velit se esse miserã: licet possit velle

se non esse beatam. vel possit velle se non esse. sicut in ꝓxima questione dicetur. Similiter ꝓ materia argumenti est notandũ ꝙ aliud est voluntatẽ se ꝯformare iudicia rationis: ⁊ aliud eam velle cõformari iudicio rationis: quia nõ sequit̃ voluntas cõformat se iudicio rationis. ergo vult conformari iudicio rationis. Nã ponatur ꝙ ratio dictet nõ esse volendũ in a sit a vna hora futura cras: ⁊ sit ita ꝙ sortes in a dormiat tunc in a voluntas sortis cõformat se iudicio rationis: ⁊ tamen nõ vult cõformiter iudicio ꝑcedenti: quia nihil vult: imo si aliquid vult siue vellet nõ ꝯformaret se illi iudicio rõnis. vnde voluntatem cõformare se iudicio rõnis: est voluntatẽ facere ꝙ ita sit sicut ꝑ tale iudiciũ ꝑncipalit̃ denotat̃. Sꝫ ꝯformiter velle iudicio rõnis: est velle ⁊ optare ita esse sicut ꝑ iudiciũ denotatur. ⁊ ideo aliqua iudicia possunt esse quibus voluntas nõ potest cõformiter velle: sicut si ratio dictet nunꝙ̃ esse volendum: voluntas nõ potest isti iudicio conformiter velle.

Ad formam argume[nti]

Ad formã argumenti quãdo arguitur si voluntas potest velle contra omẽ iudicium rationis possit velle contra hoc iudicium rationis qđ ẽ volendum est contra omne iudicium rationis vel contra omne iudicium rationis volendum est sit ergo illud dictamẽ a. tunc q̃ritur aut sortes potest velle contra a. aut nõ. Dico ꝙ sortes potest velle contra a ⁊ velle difformari tali iudicio. Nam sortes potest habere aliquod iudiciũ oppositum illi iudicio: ⁊ tũc tale iudicium vicꝫ velle conformari se illi est ꝑmo se velle difformari iudicio a. Et quãdo argui̊t. Cõtra. si vult contra illud iudiciũ: ⁊ hoc iudiciũ est ꝙ volendum est contra omne iudicium rationis. ergo nõ vult contra omne iudiciũ rationis: cõcedo. Et si arguat̃. ergo nõ vult cõtra a. nego ꝯñam. Unde dico ꝙ contra hoc iudiciuꝫ bene potest voluntas velle: sed dico ꝙ impossibile est ꝙ velit conformari isti iudicio stante illo iudicio solo: quia si vult conformari isti iudicio: vult conformari alicui iudicio. ⁊ ꝑ cõsequẽs nõ vult ꝯ̃ omne iudiciũ vel nõ cõtra omne iudiciũ vult. ⁊ si nõ contra omne iudiciũ vult. ergo nõ vult ꝯformari isti iudicio. ideo potest dici ꝙ stante tali iudicio solo in intellectu hoĩs nõ potest libere velle conformiter illi iudicio nec difformiter. quia si vult difformari vult contra hoc iudicium. ⁊ si vult contra hoc iudicium: vult cõtra omne iudicium: quia nõ sunt plura iudicia. ⁊ si vult ꝯ̃ omẽ iudiciũ: vult cõformari isti iudicio ⁊ ideo stante isto iudicio nõ potest velle cõformari vel difformari: sed transibit istud iudiciũ sine volitione sequente: ⁊ ideo ꝯcedendum est ꝙ voluntas non vult conformiter isti iudicio.

Istud enĩ iudiciũ denotat ꝙ volẽdũ est sicut ꝑ ipm denotat̃ esse volẽdũ. ⁊ nõ esse volẽdũ sicut per ipm denotat̃ esse volẽdũ. Potest etiã dici ꝙ stante illo iudicio solo põt volũtas velle cõtra hoc iudiciũ: sed nullo mõ cõformat̃ totalit̃ isti iudicio: quia istud iudiciũ denotat ꝙ debꝫ velle cõtra hoc iudiciũ. et nõ debet velle ꝯtra hoc iudiciũ: ideo põt negari ista ꝯña. vult cõtra oẽ iudiciũ. ⁊ istud iudiciũ est ꝙ debet velle cõtra omẽ iudiciũ. g̃ vult cõformari totalit̃ isti iudicio.

Ad scdam formam eiusdem

Ad scđam formã eiusdẽ quã arguit̃ ꝙ voluntas nõ potest se cõformare cuilibet iudicio rõnis. Cõcedo ꝯclusionẽ ꝗuis argumẽtũ non cõcludit. Dico tamẽ ad argumẽtũ cũ dicit voluntas sortis ꝙ nihil sit volendũ ab ea citra a. ⁊ sit a. dies crastina. Dico sicut dicebat̃ ꝙ volũtas cõformat se in nõ volẽdo. Dico tñ ꝙ si ista cõformitas fiat nõ est laudabilis nec virtuosa quia nũꝙ̃ fuit volita: q: nec post dictamen nec simul cũ dictamine voluit se non velle. Et concedo ꝙ volũtas nõ potest velle cõformari isti dictamini citra a. quia nõ est idẽ iudiciũ volũtatẽ velle cõformari iudicio rõnis: ⁊ se conformare vt dictũ est.

Ad tertiam

Ad tertiã formã que ꝓbat ꝙ volũtas non põt se cõformare cuilibet iudicio rõnis. Cõcedo ꝯclusionẽ. tamẽ ad rõem dico ꝙ si esset tale dictamen apud sortẽ ꝙ rõ sua erraret. quia nec debeo velle proximũ meũ dãnari: nec me peccare mortaliter: sed vtrũꝙ debeo nolle. De lege tamẽ mi̊ debeo nolle proximũ meũ dãnari ꝙ̃ me peccare mortaliter: ⁊ tũc non ꝓcedit argumentũ.

Alia respo[nsio]

Aliter rñdeo ⁊ dico ad ꝓpõnẽ sup̃ quã totũ argumẽtũ depẽdet: videlicet ad istã. sortes magis vult plato. dãnari ꝙ̃ peccare mortaliter: quia hec est falsa ⁊ neganda: q: hec dictio ꝙ̃ cõfondit cõfuse ⁊ distributiue terminũ cui additur. ⁊ nõ cõfundit istũ terminũ sortẽ peccare mortaliter: q: pro quolibet suo supposito: scꝫ ꝓ quolibet pctõ mortali ꝙ sortes pot cõmittere ⁊ ꝑ ꝯñs cõtingit descẽdere sub isto termĩo distributo ad oĩa sua supposita. ⁊ ideo sequitur. sortes magis vult platonẽ dãnari ꝙ̃ se peccare mortalit̃. ergo sortes magis vult platonẽ dãnari ꝙ̃ se peccare mortaliter hoc peccato vel isto vel isto: ⁊ sic de singulis. sicut seq̃tur margarita est magis alba ꝙ̃ homo. g̃ est magis alba ꝙ̃ sortes vel plato vel petr᷒: et sic de singulis. Quia igit̃ inter pctã q̃ sortes põt cõmittere vnũ est istud. sortes vult platonẽ dãnari. Ad istud cõtingit descẽdere. g̃ sortes magis vult platonem dãnari ꝙ̃ se velle platonẽ dãnari. qđ includit ꝯ̃dictionẽ: ideo prima ꝓpõ ex qua seq̃tur talis cõclusio falsa est et neganda.

Ad quartam

Ad quartã formã argumẽti quãdo arguit̃ ꝙ vbi intellectus necessitaret volũtatẽ

homo posset peccare mortaliter sine actu quocumque voluntatis. concedo illam conclusionem. quia casus est possibilis quod homo potest peccare mortaliter sine quocumque actu voluntatis. et in isto casu concedo quod peccato omissionis nullus actus correspondet nec interior nec exterior. Et quia non habet actum volendi: sed priuatur illo actu: ideo peccat mortaliter. Nam ad habendum actum illum tenetur ex precepto diuino. quia tamen libere non vult eum habere ut expositum fuit in primo principali. ideo peccat mortaliter.

Ad quintam formam

Ad quintum. quando ponitur in voluntate summum clarissimumque iudicium etc. potest dici vno modo quod non obstante illo iudicio potest voluntas illud non velle licet non potest velle oppositum stante illo iudicio: quia si oppositum vel aliud ostenderetur illud iudicium remitteretur. et ideo stante illo iudicio: voluntas bene potest suspendere actum suum non tamen aliquid aliud velle.

Alia responsio

Aliter potest dici quod clarum iudicium de vno oppositorum est sufficiens noticia respectu vtriusque ita quod per illud iudicium sufficienter representetur voluntati vtrumque oppositorum sicut per illud iudicium eundum est ad ecclesiam cum hac intentione recta: quia semper est presto menti voluntas habet noticiam sufficientem ad eliciendum quodcumque voluerit de numero istorum duorum.

Ad sextam formam

Ad sextum. quando accipitur quod sortes magis vult illud quod est ad honorem dei quam quodcumque aliud pertinens ad commodum proprium. Dico ad illam sicut dixi ad consimilem in forma quod ipsa est falsa: quia licet quam confundit confuse et distributiue pertinens ad commodum sortis sub quo continetur velle illud quod summe est ad honorem dei. et ideo per illam propositionem denotatur quod magis velit illud quod summe est ad honorem dei quam velit illud quod summe est ad honorem dei quod includit contradictionem.

AA

Ad quintum principale sub vtraque forma

Responsio secundum alios

Ad quintum principale. quando arguitur si voluntas posset esse etc. ad illas formas respondetur secundum quosdam quod in tali casu vel consimili obligans se per modum istum sub conditione tenetur illi secundum formam oligationis cui fit obligatio siue conditio adimpleatur siue non. et ideo negatur illa consequentia dedit sibi sub ista conditione et non aliter: et conditio non est adimpleta. ergo non tenetur. Sed in casu sequitur oppositum: quia quando aliquis obligat se alicui vel promittit aliquid sub conditione et ex opposito conditionis sequitur ipsum teneri sibi siue vt nunc siue simpliciter siue conditione adimpleta siue non tenetur: tunc facta tali obligatione. et ratione talis obligationis est in potestate mea facere ipsum teneri mihi et ex opposito conditionis facte tunc ille tenetur ex opposito conditionis facte et tunc illud erat propter formam obligationem. si tamen casus ponitur sic quod sortes tenetur platoni dare. x. denarios. si plato obuiet in a. instanti homini qui sibi non tenetur et non aliter tunc obuiet p. in a sorti. diceretur quod casus est impossibilis: quia ex prima parte sequitur quod illa conuertuntur sortes habit platoni decem denarios: et plato obuiet homini qui sibi non tenetur dare decem denarios. Et per secundam partem casus sequitur quod non conuertuntur: et ideo casus si sic ponitur est impossibilis. Si tamen supponitur quod sortes debet platoni sub conditione posita in casu: casus est possibilis. Et quando arguitur. tunc tenetur dare vel non. Dicitur quod sic: quia siue conditio sit adimpleta siue non tenetur. quia si conditio non sit adimpleta tunc plato non obuiet homini qui sibi non tenetur: ergo obuiat homini qui sibi tenetur. et negatur consequentia. conditio non est adimpleta. ergo non tenetur propter casum supradictum.

Ad tertium

Ad tertium dicitur quod plato est liber et sortes est seruus: quia platonem esse liberum sequitur ad impletionem conditionis et ad non impletionem conditionis. sed sortem esse liberum non sequitur nisi ex impletione que non potest esse. Et negatur consequentia. plato est liber: ergo obuiat libero. et tamen sub ista conditione dedit dominus platoni libertatem.

Ad quartum

Ad quartum admittitur casus. et quando queritur. aut petrus vult intrare religionem vel non. Diceretur ex casu quod neutra pars sequitur: quia non sequitur petrus vult intrare religionem si iohannes vult: ergo petrus vult intrare religionem. Quia sic velle non est velle nisi sub conditione. quia sic volendo cadit actus voluntatis super isto toto. petrus vult intrare religionem si iohannes vult. Nec sub isto casu valet consequentia. petrus vult intrare si iohannes vult intrare. ergo petrus vult etc. Nec econuerso. Iohannes non vult. ergo Petrus vult. Sed contra ista potest argui. Nam accipit pro radice quod aliquando obligans se sub conditione et non aliter tenetur virtute obligationis: etiam si conditio non sit adimpleta ex opposito conditionis.

Contra responsiones et fundamentum

Primo

Contra illud arguitur primo sic. tota ratio quare sortes tenetur est forma obligans quia nullo modo teneretur si se nullo modo obligasset. ergo non aliter obligatur nisi secundum formam obligationis. sed forma obligationis est quod non tenetur nisi conditione adimpleta ergo non tenetur conditione non adimpleta. ergo ex hoc quod est conditionem non adimpleri non sequitur eum teneri.

Secundo

Preterea. si aliquid antecedit ad aliud sicut causa principalis ad suum effectum: oppositum cause non antecedit ad eundem effectum: quia illud antecedens non foret precisa causa istius effectus. sed in illa consequentia conditione non adimpleta sortes tenetur aliquid est causa precisa consequentis: quia obligauit se conditione adimpleta et non aliter: ergo oppositum non infert illud consequens nec antecedit ad illud.

Tertio

Preterea. in eodem instanti in quo sortes tenetur platoni obuiat ei scilicet in a. ergo in a. obuiat homini qui sibi tenetur: et nulli alteri obuiat nisi sorti: ergo non obuiat ei qui sibi non tenetur. Et vltra. ergo non implet

Solutio doctoris ad quītū pncipa.

Obligatio sub cō ditiōe ex tū teneat

cōditionē. Ex vltra ꝙ̄ sortes nō tenetur. Ideo aliter ⁊ magis rationabiliter potest dici ꝙ pre dicto casu posito. sortes nō tenetur. Ad cuius euidentiā est sciēdū ꝙ si aliquis obligatus est vel obligat se sub cōditione impossibili et non aliter: in nullo tenetur quia cōditio non potest adimpleri. nec ipe se obligat nisi cōditio adim pleatur: ⁊ ideo oīs qui obligat se sub cōditione obligat se. sub cōditione que potest adimpleri Si aūt ꝯditio deueniat impossibilis ex aliquo euētu post obligationē ante tempus quo debe ret impleri in nullo obligatur promittēs sub ta li cōditione: ⁊ hoc dico si promittēs nullo mo do sciuerit causam quare conditio deuenit im possibilis in hora qua debet impleri. modo ita est in ꝓposito ꝙ hora qua conditio interposita est inter sortē ⁊ platonē deberet adimpleri: vi delicet in a. ex euētu cuius sortes nō est volūta ria causa quare sit impletio cōditionis impossi bilis: quia impossibile est ꝙ ita totaliter fit in a sicut cōditio denotatur in a. illo casu posito ꝙ fit totaliter in a. sicut per cōditionem denotat: Isto in ꝙ̄ casu posito infertur ꝯdictoria ⁊ ꝙ̄ est impossibilis: quare sortes non tenetur. Simi liter ipe accipit ⁊ non probat istā ꝓpositionē quādo ita est ꝙ in potestate est illius cui fit ꝓ missio facere promittentē sibi teneri tam ex op posito conditionis ꝙ̄ ex impletione conditio nis tunc tenetur ipse obligans. Et ego accipio vnā aliā magis vel saltem eque rationabilem ꝓppositionē ⁊ ꝯcludo. ꝙ ꝓmissio nō tenet quā docūqȝ est ita ꝙ aliquis obligat se sub cōditio ne ⁊ hora impletionis cōditionis ipsius ipa cō ditio infert promittentē nō teneri: tūc promit tens nō tenetur. sed sic est in casu isto hora cō cursus. Nam seqtur ex conditione plato obui at hoi. qui sibi non tenetur: ergo sortes nō tene tur: quia sortes est solus ille cui obuiat. Et sic seqitur ex opposito. plato obuiat hoi qui sibi tenetur: ergo plato non implet cōditionē. Et vltra. ergo sortes nō tenetur. igitur hec sortes non tenetur seqtur tā ex opposito cōditiōis ꝙ̄ ex ipa cōditione: ergo sortes nō tenetur. Pre terea ꝯtra eū. videtur ꝙ ipe dicit ꝙ si casus sic poneret ꝙ teneat sortes platoni in decēsi ob uiet in a. hoi qui sibi nō tenet ⁊ aliter nō. ⁊ tūc obuiet plato soli sorti tūc dicit ꝙ casus est im possibilis. ⁊ cotū istud ponitur in cōditione cū casu. ergo casus cū cōditione est impossibilis. ⁊ cōditio est impossibilis cō casu. ergo cōditio in a est impossibilis. ergo nō tenet qui se sub il la obligauit. Preterea. oīs ꝯditio repugnās cōtractui ꝑncipali in sui adimpletionē inficit principalē cōtractū: vbi grā si vir cōtrabat cū muliere sub tali cōditione. accipio te in meam

HH
Hic rndet impli cite ad quintū ar gumētū q̄nti pn cipalis

tali cōditione ꝙ nunqȝ reddā tibi debitū. certe contractus nullꝰ est. quia impletio cōditionis repugnat impletioni cōtractꝰ matrimonialis: quia ex cōditione nō tenetur ei reddere debitū ⁊ ex ꝯtractu tenetur ei necessario reddere debi tū: ideo cōtractꝰ nullus est. Sic arguo in ꝓposi to. impletio cōditionis arguit sortē in casu po sito nō teneri platoni. ⁊ sor. teneri platoni ē ꝑn cipalis cōtractus: ergo conditio interposita ex euētu sequēti repugnat ꝯtractui ⁊ inficit totū cōtractū: ⁊ sic per ꝯñs sortes non tenet. Ad argumentū in oppositum respōdeo qñ dicitur si sortes nō tenetur: ergo plato obuiat hoi in a qui sibi non tenetur. cōcedo. ⁊ quādo arguit vl tra. ergo implet cōditionē. nego ꝯñam: qr imple re conditionē est facere sic esse totaliter sicut ꝑ cōditionē denotat. ideo nō implet cōditionē: quia hoc nō facit plato: quia conditio cōuertit in a. cū hac copulatiua. plato obuiat hoi scilicet sorti: ⁊ sortes est hō qui platoni nō tenet: ⁊ sor tes tenet platoni. que copulatiua est impossi bilis: ⁊ ideo nō implet cōditionē. nec totaliter facit sicut per cōditionē denotatur: ideo nō im plet cōditionē. sed diminute facit ad conditio nē: quare nō tenet. Similiter certū est ꝙ inten tio promittētis sub cōditione fuit: quia imple tio cōditionis infert sortē teneri. mō impletio quācūqȝ sortes facit nō infert sortē teneri: ꝑ po tius sortē nō teneri. ⁊ ideo nō implet conditio nem: quia implere conditionē est facere sicut ꝑ eā denotat ad intētionē ꝓmittētis. Ad sextū principale qñ dicit ꝙ tūc seqtur ꝙ idē hō eūdē diligeret ⁊ nō diligeret. Nego ꝯñam. ⁊ ad casū cō ponit ꝙ sortes diligat oēm hoiem ⁊c̄. Dico breuit ꝙ ptes casus sunt oino incōpossibiles: quia ex primis duabus partibus habet ista co pulatiua. sortes diligit omnem diligentē se: et sortes diligit platonem. Et ex tertia parte ha betur contradictio eiusdem copulatiue: videli cet ꝙ sortes non diligat omnem hominē di ligentem se. Ad aliam formā quando arguit ꝙ sortes vult ⁊ non vult idem. ⁊ ponitur casus sic. sit sortes albus ⁊c̄. Nego illam consequētiā sortes vult eē similis platoni: ⁊ plato vult esse similis sorti: ergo sortes ⁊ plato volūt esse simi les: quia aliquid denotatur per cōsequens: qd non denotatur per antecedens: quia per con sequens denotatur si volunt esse similes ꝙ vo lunt habere qualitatem eiusdem speciei: quod non est verū nec per consequens denotatur. Sed antecedens potest habere duas causas veritatis: consequens vero nisi vnā tm: ergo est fallacia consequentis in argumento. Ad septimū principale quādo arguit. ꝙ si volun tas foret libera tūc homo posset libere vti habi

Ad argumentū in contrariū

LL
Ad sextū pn

Ad aliā for

MM
Ad septimū principale

tu scientie acquisite. rc. Pro materia illius ar-
gumenti dico q intētio philosophi & cōmenta
toris ibidē cō. xviij. est q habens habitū sciētie
potest eo vti quādo vult. i. nō indiget ad hoc q
vtatur sua sciētia actione sensibilis exterioris
sed per ea q habet in sua memoria. vna cū vo-
lūtate potest ea vti quādo vult nō quia sua vo
lūtas sola sufficiat sine noua ad deducēdū sciē
tem in habitu ad actualē cōsiderationē: sed qui-
cūq deducit de habituali notitia ad actualez
cōsideracionē libere p voluntatē habet prius
vnā confusam noticiā ipi⁹ cōsiderabilis. & scit
quid est cōsiderare: & nūc virtute illius noticie
potest libere velle cōsiderare illud in speciali &
distincte: & ideo impossibile est q homo per vo
luntatē deducat se ab habituali noticia ad di-
stinctā nisi prius peruenerit ad cōfusaz eiusdē
obiecti. Et nūc ad primā formā quādo arguit.

Ad p̄mā formaz

habeat sortes habitū alicui⁹ ꝯsiderabilis q sit
a. rc. Dico q nō plus cōcluditur nisi q priusq
cōsideret distincte cōsiderat confuse de a. suffi
cit enī cōsideratio cōfusa ad velle cognoscere a
licet nō sufficiat ad volendū distincte a: q: non
est idem dicere vult distincte a: & vult distincte
cognoscere a. quia ad primū reqritur distincta
cognitio: ad scdz sufficit cognitio cōfusa. Ad

Ad scdaz formā

secūdā formā qd arguit q si questio foret vtrū
homo posset libere recordari & reducere rc. Di
co ad istud sic ad presens q ideo diceret q hō
potest libere recordari: quia habet in se princi-
piū actus recordādi: nō q p solā volitionē pos-
sit recordari. Et cōcedo q qcūq vult recorda-
re iam recordatur: sed forte cōfuse. & per illā re-
cordationē cōfusam appetit recordari de re di
stincte. Et hoc innuit Augusti. iij. de tri. ca. vij.
dicens: Omnis amor studētis: hoc est volen-
tis scire qd nescit non est amor eius rei quā ne
scit: sed eius quā scit siue propter quā vult sci-
re qd non scit. Ad tertiā quando arguitur. li

Ad tertiā eiusdē

bere possum rc. Dico q omnia concurrunt su-
per idem: quia per confusam noticiam de a. de
libero an velim distincte vel diucius considera
re de a. Contra volo scire quod nescio: ergo

Replica
Secunda

volo quod nescio. Preterea. vellem scire qd
nullo modo scio: ergo volo quod nullo modo
cognosco. Ad argumēta ista respondet Au

Responsio

gustinus. xi. de trinitate caplo. vij. de magnis.
Et dico cum eo ad illa et ad similia q volo me
scire quod nescio in particulari. et tamen non
sequitur: ergo volo quod nescio: quia bene scio
quid est scire quod nescio: id est quicquid per
hanc propositionē denotatur: & hoc sufficit ad
volendum. Ad secundū quando arguit. volo
qd nullo mō scio nec in generali nec in spēali:
hoc forte est impossibile. Nā p intētiōes gene
rales habeo nocitiam confusam de omni sci-
bili per intentionem scibilis. & hoc est verum.
Ad quartū quādo arguit q voluntas potest

Ad quartā eiusd

libere velle siue diuertere intellectum a ꝯside-
ratione a. ad ꝯsiderationē b. ꝯcedo. sed dico q
nō est possibile nisi intellectus apprehēdat de
terminate a. & indistincte seu ꝯfuse b. nūc enī qn
intelligit vel vtrūq ꝯfuse vel b. confuse potest
velle distinctius cognoscere ipsum b. & sic di-
mittere considerationem de a. sed diuertere in
tellectum ad considerationem incogniti nullo

EE

modo potest voluntas. Ad octauum prin-

Ad octauū p̄nci.

cipale. dico q argumentū stat in pondere au-
ctoritatis Ans. ideo videt q facile est hoī vo-
lenti illo onusto pondere seipm deonerare ne-
gare illā auctoritatē Ans. de casu dyaboli. xij.

FF

caplo. Ad nonū p̄ncipale quando dicitur

Ad nonū princi.

q voluntas rc. concedo ꝯsequentiā. & ad pri-
mū qd pbat falsitatem ꝯñtis quādo arguitur
posito rc. cuz concludit q in fine nesciet deus
istum iudicare. potest dici vno modo q debet
damnari: quia in a. instanti mortis sue hec essz
vera imediate ante a. ille fuit malus & sufficit
ad hoc q dicitur finaliter malus. sed ꝯtra. ime

Replica prima.

diate ante a. fuit bonus. ergo fuit finaliter bo-
nus. antecedens patz. quia nullum tempus fu
it añ postq fuit bonus. Preterea post quod-

Secunda

liber peccatū ipse penituit. ergo fuit finaliter
bonus. Verū est q isto casu admisso oportet

Responsio

vtrūq concedere q scz imediate añ a. fuit bo-
nus. & imediate ante a fuit malus. Ideo possz

Rñdetur aliter
ad nonū p̄ncipa.

casus negari & dici probabiliter q est minimū
tempus in quo potest hec creatura mereri vel
maximū in quo non potest & siue sic siue sic def
argumentū. impedit. q: qn alrem asset peccās
ille vsq ad tale tempus quod foret minus mi
nimo in quo potest: vel maximū in quo nō po-
test. vel minus eo in illa dispositione inueniret
in instanti mortis sue. & sm illam deberet iudi
cari: & istud est sensibilius quo viso dicendum
est ad argumenta. Ad secūdam formā quan-

Ad secūdā

do arguit. intendat sortes actū meriti vsq ad
instans mortis rc. ad illud dico & nego ꝯñam
illam nō est dare maximū gradū rc. ergo deus
nescit rc. Nam deus iudicabit eum sm gradū
quē anima habuit in p̄mo instanti sui non esse
vicz in instanti mortis. Ad tertiū per idem

Ad tertiam

patet: quia si sortes & plato mereāt per vnam
horam in cuius vltimo instanti qd sit a. moria
tur sortes: & plato superuiuat: sed nunq post
a. mereatur nec demereatur. tunc arguitur q
meritum platonis excedit: vt sit tale meritum
sortis p minimū instantium. Et querit vtrum
excessus meriti platonis sit diuisibilis an indi
uisibilis. Si diuisibil. g ē dare tpale meritū illi

eq̄le. Si indiuisibilis: ergo est imperceptibilis. Ad illud dico φ sortes ⁊ plato equaliter p̄mia buntur: quia equaliter meruerunt. Nam instā ti nullū meritū correspōdet distinctū a merito correspōdēte tēpori. Et ideo s̄m gradū meriti quē aīa sortis habuit in instanti mortis p̄mia bitur. Et quādo arguit̄. plato equaliter meruit et diutius fuit in gratia: ergo magis p̄miabit̄. Negat̄ ꝯn̄a: quia esse in gr̄a sine operatione meritoria non facit ad augmentū premij. Habitibus em̄ ⁊ potentijs non meremur sed actibus: sicut habetur p̄mo ethicoꝝ.

Ad quartam Ad quartā quando arguit̄. posito casu sortes peccat in infinitū grauius ⁊c̄. Ad illud respōdeo negādo aïs ⁊ consequētiā ⁊ ꝯn̄s similiter: exponēdo peccatū infinite malicie ip̄m peccatū ꝓ quo deberetur infinita pena intēsiue. Et ratio quare negatur aïs videlȝ h̄ sortes peccat in infinitū grau⁹ q̄ plato ⁊c̄. est ista: quia negabo similiter istā sortes peccat in duplo grauius q̄ plato. Ad cui⁹ euidentiā est sciendū φ q̄n aliqua plura requirūtur ad aliquē effectū: sicut si dece hoīes req̄rantur ad trahendū nauē per spaciū vni⁹ stadij vna hora: tunc certe. xx. hoīes pertrahēt candem nauē per idē spaciū in medietate hore: sicut patet ex regulis cōparationū. vij. phisi.

Notabile Sed si virtus quōcūq; ex istis precise foret duplicata: nō ideo seq̄tur dupla velocitas. Sȝ ad hoc φ sit dupla velocitas requiritur duplicatio totius virtutis. Modo ad ꝓpositū ad grauitatē alicuius peccati mortalis puta parricidij multe circūstātie cōcurrūt. prohibitio legis machinatio cōtra ꝓpriū sanguinē: intētio occidētis: vtilitas patris occisi in republica. Nam grauius est occidere patreȝ vtilē reipublice aut pro republica: q̄ patreȝ inutilē rei republice et pro eadem. Sil'r multe alie circūstātie possunt esse ex parte tp̄is loci ⁊ alioꝝ. que agūt ad grauitatem peccati a. Ad hoc auteȝ φ a foret in duplo grauius non sufficit duplare vnā circūstantiā de istis causantib⁹ istā grauitatē puta φ fiat ꝓpter finē in duplo minus bonū: quia licet sequatur duplatio istius circūstātie: nō tamē duplatio oīm aliarū circūstātiarū causantiū grauitatē: ideo bene sequitur φ a erit grauius sed certe nō est grau⁹ s̄m aliquā spēm ꝓportiōis: q; nec in duplo nec in triplo ⁊ sic de alijs. ideo dico φ in casu sortes nō peccat in duplo grauius platone: sed peccat in alia ꝓportiōe simpliciter grauius. Et hec est cā quare nego aïs videlicet illud: sortes peccat in infinitū grauius platone: ergo peccat pctō infinite malicie intēsiue. Nā peccans mortaliter peccat in infinitū grauius q̄ peccās venialiter: ⁊ tamē non peccat pctō infinite malicie ad illū intellectū φ sibi debeatur pena infinita intēsiue.

Ad quintā formam Ad q̄ntā formā quādo arguitur. velle occidere duos homines ⁊c̄. patet per predicta φ ꝯn̄a non valet: quia ad duplationē vni⁹ circūstātie requisite ad peccatū nō seq̄tur grauitatē totius peccati duplari: sed bene maiorari ꝓportione ꝑticulari.

Ad sextam Ad sextā eodē mō. φ velle peccare ꝑ duos dies nō est in duplo grauius q̄ velle peccare per vnū diē.

Ad septimā Ad septimā formā q̄ videt̄ reducere ad cōtradictionē scȝ φ velle peccare ꝑ tēpus infinitū est grau⁹ q̄ velle peccare per vnū diem vel ergo ⁊c̄. Ad istud dico φ velle peccare per tēpus infinitū nō est grauius in infinitū q̄ velle peccare per vnū die. quia nullū peccatū mortale est in infinitū grauius alio pensando grauitatē ex pena debita pro peccato: quia ꝓ quolibet peccato mortali debetur pena infinita extensiue: et nulla pena est dupla: vel esse potest ad penā infinitā extensiue. Et ideo ad argumētum in cōtrariū quādo accipit̄ φ velle peccare per duos dies est grauius q̄ velle peccare per vnū diē ceteris paribus. ⁊ velle peccare ꝑ tres q̄ velle peccare per duos: ⁊ sic de alijs. Ad ꝑn̄s dico φ impossibile est cetera esse paria que faciūt ad grauitatē peccati. ⁊ sic potest imaginari vna sufficiens respōsio cū parua additione.

Confirmatur alia. ergo tenemur illi sup omnia. Cõfirmatur quia illam humanitatẽ debemus diligere sup omnes creaturas. cuius ꝓbatio est quia debem⁹ eam diligere plusq̃ nos ſm magistrũ libro. iij. Sȝ nõ debem⁹ creaturas alias a nobis plusq̃ nos diligere nec equaliter nobis. ergo debem⁹ humanitatẽ xpi diligere plusq̃ creaturas. igitur saltem aliqua duo. id est due que in christo sũt nature magis sunt diligẽde q̃ deus.

Decimumtertium principale Decimo tertio ꝓncipaliter aliquis meritorie posito casu qui nõ repugnat legi date fruitur creatura. ergo nõ tenetur diligere deum sup omnia. ꝯñtia patet. antecedẽs ꝓbo pono q̃ Petrus videat xpm et iacobũ ⁊ nesciat inter ipos distinguere sed estimet iacobum esse christũ quo posito diligat super omnia iacobũ. tunc arguitur sic. Petrus diligit iacobũ super oĩa. ergo fruitur eo ꝯsequẽtia est nota. antecedẽs patet ex casu et tamẽ meritorie. igitur contingit frui creatura meritorie. q̃ meritorie hoc facit patet quia est ignorãtia inuincibilis. ergo nullo modo impedit virtutẽ. ergo possibile est q̃ homo fruatur creatura vel diabolo transfigurato meritorie.

Responsio Dicitur pro isto casu posito q̃ petrus nõ fruitur Jacobo sed deo. quia hũc esse deum estimat.

Replica Sed istud nõ valet nec videtur verum. Nam arguo sic. Istũ diligit sup omnia iste est iacobus. ergo iacobũ diligit sup omnia. ergo fruitur iacobo. Per simile argumentũ cõtingit ꝓbare q̃ aliquis meritorie odit deũ ⁊ simul fruitur deo sub diuersis intẽtiõibus ⁊ acceptiõibus forma argumenti vt vis.

B Ad oppositũ Ad oppositũ est magister libro pmo. distin. pma. ⁊ Anselmus lib. v. cur deus homo. capi. ij. Ad hoc factã creaturã rationalẽ credimus. sicut certũ est vt sũmũ bonũ sup oĩa amaret ⁊ diligeret nõ ꝓpter aliud sed ꝓpter ipm. si vero ꝓpter aliud nõ ipm sed aliud amat. hoc autẽ nisi iniuste facere neq̇t. Iterũ mono. c. lxviij. nihil aptius credimus q̃ rõnalẽ creaturã ad hoc factã esse vt summã essentiã amet sup omnia.

Decisio qõnis Circa istã questionẽ sic est ꝓcedendũ. pmo inquirã aliqua circa actũ vtẽdi. secũdo inquirã quosdã articulos circa fruitionẽ vie. tertio quedã circa fruitionẽ patrie quarto soluã quasdã dubitationes. q̇nto dicã ad rõnes principales.

C Primi arti. distinctio que est de actu vtendi Circa primuȝ de actu vtendi erũt tres breues articuli. Primo ẽ assignanda differẽtia inter frui ⁊ vti. Secũdo videndum est an sit actus volũtatis medius qui neq̃ sit vti neq̃ frui. tertio an actus voluntatis vtendi ꝓprie acceptus sit vnus actus volũtatis vel aggregatio pluriũ actuum volũtatis

Notabile primuȝ Circa pmiũ sciendũ est q̃ tam frui q̃ vti significant actũ voluntatis. tripliciter aũt in volendo se habet volũtas, quia aliquã vult aliq̇d ꝓpter se ita q̃ si illud solũmodo presentetur voluntati cõplacet volũtati illud velle sicut si aliquis clare videret deum ꝓpter seipm diligeret etiam si nihil aliud a se diligeret sicut cõmuniter multi tenẽt. Aliquãdo tamen volũtas vult aliquid ꝓpter aliud tm̃ ita q̃ si illud sit volũtati per se p̃ntatũ ita q̃ volũtas nõ ꝑciperet illud aliquo modo ordinari ad aliud quod diligit volũtas illud nõ diligeret. verbi gratia hõ diligit sanitatẽ ⁊ cũ ꝑpẽdit q̃ amara potio ordinata est ad sanitatẽ tũc diligit eam propter sanitatẽ ita q̃ si potio amara esset apprehensa a volũtate per se nõ sub intẽtione qua sumitur ad sanitatẽ ꝯsequendã volũtas eam nõ diligeret. ⁊ ideo potio diligitur a volũtate ꝓpter aliud tm̃. Tertio modo potest cõtingere q̃ voluntas diligit aliquid ꝓpter se ⁊ ꝓpter aliud. vbi gr̃a aliquis diligit vinũ ꝓpter se quia dulce desiderat vel addiscat de nouo q̃ generat purum sanguinem ⁊ sic cõseruat sanitatẽ. et tũc incipit diligere illud tam ꝓpter se q̃ ꝓpter aliud ꝓpter s. sanitatẽ.

Sc̃ȝ [illegible] Primus modus de istis trib⁹ videlȝ q̃ volũtas diligit aliquid ꝓpter se potest considerari dupliciter. Uno modo q̃ absolute diligat illud ꝓpter se. Alio modo q̃ sic diligat illud ꝓpter se q̃ estimet illud vt finẽ esse diligendũ a volũtate ⁊ hoc est diligere aliq̇d ꝓpter finem vltimũ. ⁊ iste actus voluntatis vocatur apud theologos frui stricte ⁊ ꝓpe capiẽdo. hoc v̓buȝ frui. Unde Augu. pmo de doctrina xpiana. c. xxviij. dicimus nos ea re frui quaȝ diligimus ꝓpter se. Et infra. si inheseris atq̃ permãseris finem in ea ponẽs letitie tue tunc vere ⁊ ꝓprie frui dicẽdus es.

Tertiũ [illegible] Ceteri vero actus volũtatis dicuntur vti ita q̃ vti sit amare aliq̇d ꝓpter aliud. hoc tamẽ contingit dupliciter quia vel vtrũq̃ istorum sit actu volitũ et vnum ꝓpter aliud. et tunc volũtas ꝓprie vtitur illo quod ꝓpter aliud amat siue amet illud tam ꝓpter se q̃ ꝓpter aliud siue amet illud ꝓpter aliud tm̃ aliter contingit vnum esse volitũ actualiter aliud habitualiter sicut contingit q̃ aliquis vtens medicina nõ cogitat actualiter de medicina siue sanitate. sed tm̃ habitualiter ⁊ tamẽ vere vtitur medicina. et isto modo multi faciũt elemosinas ⁊ opera misericordie ꝓpter deum et tamẽ ꝑ tunc nõ cogitant de deo sed cogitauerũt ante. Ex his patet quid est frui ꝓprie ⁊ quid vti quia frui est sumere aliquid in facultatẽ volũtatis ꝓpter se ⁊ finẽ letitie sue in eo ponere. Uti est assumere aliq̇d in facultatẽ voluntatis nõ ꝓpter se finaliter sed ꝓpter aliud magis dilectum actu vel habitu.

D Sc̃d̃s articulus Circa secundum articulum est querendum videlicȝ vtrũ sit aliquis actus medius qui nec sit frui nec vti.

Conclusio Dicitur q̃ sic. quia aliq̇d põt diligi

nõ vt vltimus finis simpliciter. 7 p cõsequens nõ diligit fruitõne nec etiã actualiter refert in aliud sed diligitur pter se 7 sic hic nec ẽ frui nec vti.

Cõtra pclusionez

Sed ɔtra istã opinionẽ potest argui et dictis beati August. pmo de doctrina xpia. ca.sexto. vbi inquirit quomõ deus diligat nos et querit vtrũ de⁹ fruat nobis vel vtat nobis determinat ꝙ vtit nobis 7 in arguẽdo accipit sic. Si eĩ nec fruitur nec vtit nõ inuenio quo modo diligat nos: hec est ratio per quam probat ꝙ vtitur nobis 7 si ratio sua valeat videtur ꝙ omnis amor sit fruitio vel vsus. ideo hoc cõcedo.

Respõsio ad rões

Et quãdo arguit ꝙ aliquid diligit propter se et tamẽ nõ vt vltimus finis: nec etiam refertur ad aliud actualiter cõcedo 7 dico ꝙ talis dilectio est vsus quãdo res diligitur pter aliud habitualiter. naz nõ requirit ad vsũ actualis relatio in aliud magis dilectũ: sicut superius dictũ est. et ideo quãdo dicit diligo hoc propter illud. ly pter potest dicere causalitatem actus vl' habitus 7 siue sic siue sic dilectio talis est vsus.

Tertius articul⁹

Quãtũ ad tertiũ articulũ rationabiliter potest dici ꝙ aliquãdo sunt duo act⁹ quorum vnus qui est finis causat aliũ sicut cũ volo sanitatẽ pmo et nõ potionez quia nescio ꝙ est vtilis si scio postea ꝙ est vtilis tũc possum eaz velle et illud velle causat a sanitatis volitione sicut a causa partiali. 7 sic est dicendũ de deo 7 creatura diligẽda pter deũ. Aliquãdo autez est vnus actus ꝙ homo habituatus ad diligẽdum pximũ pter deũ potest elicere vnũ actũ quo vtrũqz diligat. 7 sic vno actu diligit creatura 7 deus 7 eodem actu diligit magis ꝙ de⁹.

Quattuor diffi. annotande

Nũc videnda sunt quedã circa fruitionem vie vbi pmo occurrũt quattuor difficultates communes. Prima vtrũ homo possit ex suis naturalibus diligere deũ sup omnia. Secũdo vtrũ deũ sup omnia diligendũ possit naturali rõne demõstrari. Tertio an hõ magis teneat diligere vnaz personã diuinã ꝙ aliã. Quarto vtruz homo possit diligere vnã psonã diuinam non diligendo aliam.

Prima diffical.

Circa primã difficultatez que est an homo ex suis naturalibus sine habitu supnaturali possit diligere deũ super omnia. id est sine gratia vel charitate. 7 in isto articulo dico duas cõclusiones.

Conclusio prima

Prima est affirmatiua talis homo potest ex suis solis naturalibus diligere deum super omnia. hanc conclusionẽ probo sic.

Probat cõclusio primo

omne illud. quod intellectus humanus ex suis naturalibus potest credere esse summe diligendũ potest ex suis naturalibus sũme diligere. qa irrationabile omnino videt ꝙ homo crederet aliqd esse ab eo diligendũ. 7 tñ ꝙ non posset illud summe diligere cum nihil sit magis in potestate volũtatis ꝙ ipsa voluntas vt habetur. iij. de libero arbi. cap. iij. sed deus est huiusmodi: quia intellectus humanus potest cuz credere siue veraciter siue erronee esse sũme diligendũz: 7 hoc ex solis naturalibus. i. sine quocũqz habitu supnaturali. ergo 7c. maiorem probo. nam possibile est ꝙ aliquis assentiat alicui narranti de deo: quia ipse est creator omniũ 7 pseruator: cõtinuus 7 optimus 7 p ɔñs sũme diligẽdus. possibile est ergo istum deum sũme diligere: nec oportet ꝙ aliquẽ habitum sibi deus infundat. ergo potest eum diligere sup oĩa sine habitu.

Secundo

Secũdo arguo sub hac forma homo potest p sola naturalia diligere deũ plusꝙ istam rem demonstrando sortem 7 plusꝙ istã rẽ demonstrando platonẽ. 7 sic de aliis rebus. ergo potest p sola naturalia deum diligere super oĩa. ɔña ptz: quia añs 7 ɔñs ɔuertuntur añs pbo: quia intellectus potest dictare ꝙ deus est melior ꝙ sortes 7 ꝙ pe. 7c. 7 ꝙ tunc magis tenetur diligere deuz. ergo voluntas cũ sit libera: potest illud bonũ plus diligere ꝙ aliqd aliorũ 7c.

Tertio

Tertio arguo sic: homo potest ex solis naturalibus velle deũ esse deum 7 nõ aliud a deo esse deum: sit ergo talis sic volens sortes 7 arguo sic. sortes vult deo maximũ bonũ 7 nulli alteri a deo vult tantũ bonũ. ergo plus diligit deum ꝙ quodcũqz aliud igit potest deũ naturaliter diligere super oĩa.

Quarto

Quarto: qa hõ errans potest diligere creaturam sup omnia 7 frui creatura ex suis naturalibus ergo pari ratione frui deo.

Responsio

Si dicatur ad ista ꝙ eo ipso ꝙ homo dictat ꝙ vult diligere deum sup oĩa 7 incipit deum diligere deus infundit sibi gratiaz ita ꝙ simul incipit diligere quãdo habet gratiam.

Replica

sed hoc nõ impedit argumenta. quia dato ꝙ de⁹ nõ faciat hoc. nec minus tñ hõ talis diligeret deũ sup oĩa. similr deus libere infundit gratiam: ergo potest omittere ne infundat: et tunc stabit dilectio dei sup oĩa in anima carente quocũqz supnaturali.

Scda conclusio

Secũda ɔclusio est ista. nullus homo potest libere implere pceptũ de dilectione dei sup oĩa p sola naturalia stante lege que nunc est.

Probat cõclusio primo

hec ɔclusio pbatur quia lex iubet ꝙ actus cadens sub pcepto fiat in gratia 7 charitate que sunt habitus supnaturales. ergo licz existens extra charitatẽ scz carens habitu infuso diligat deum sup omnia p sola naturalia. nõ tamẽ sequit ꝙ impleat pceptũ ad intentionẽ pcipientis: 7 hoc est qd dicunt doctores ꝙ homo potest sine gratia implere pceptum ꝙtum ad substantiam pcepti vel facti cadentis sub pcepto: nõ tamen ꝙtuz ad circũstantiã facti vel ꝙtum ad intentionẽ pcipientis.

Secũdo

Secũdo patet. idem ex determinatione ecclesie in quodam concilio. de consecra

tione distinctõe quarta.c.vltimo vbi habet̃ sic. Qui dicit ꝙ sine gratia mãdata dei possum⁹ implere per liberũ arbitrium anathema sit In cõtrarium fuit heresis pelagianorũ. et ideo licet deus possit acceptare ad vitam eterná factum hominis sine gratia: nõ tamen facit sed statuit modũ sicut sanctis patribus reuelatũ est. ideo tenendũ.

Contra primam conclusionē

Contra primã ꝯclusionẽ arguit̃ sic. si ipa esset vera sequit̃ ista conclusio ꝙ magis diligens deũ minus diligat̃ a deo. cõsequens est falsum ⁊ cõtra illud Prouer. viij. Ego diligentes me diligo. ⁊ ꝯsequẽtia ꝓbatur sic.

Probat̃ ꝯña primo sic

p̃mo pono aliquẽ qui acquisiuit sibi habitũ diligendi ex solis naturalibus ⁊ accipio alium existentem in gratia nõ habentẽ habitum acquisitũ talem. tũc arguo sic. p̃mus potest diligere deũ intẽsius in hac hora ꝙ secũdus ponat̃ in esse igitur secũdus min⁹ diligit ꝙ p̃mus. ⁊ tamen magis diligit̃. probat̃ quia sibi datur gratia similiter ⁊ si decederet immediate saluaretur et alius qui diligit deum super omnia ⁊ intẽsius eo damnaret̃ quod videtur incõueniẽs.

Secundo

Preterea si sic homo posset vitare omne peccatum per sola naturalia. ꝯsequens est falsum. ꝯñtia patet quia si potest naturaliter diligere deum super omnia. ergo potest naturaliter velle conformare se preceptis diuinis per omnia. ⁊ per ꝯsequens cum ita sit ꝙ ipe isti dictamini possit se conformare potest vitare om̃e peccatum. ꝯsequẽs ẽ falsum. ꝯsequẽtia ꝓbatur quia non videtur verisimile ꝙ homo velit se cõformare deo super omnia ⁊ tamẽ simul cum voluntate ista stante in eo peccet.

Tertio

Preterea si esset in naturali potestate hominis diligere deum super omnia et hoc est maximũ mandatũ sicut patz Matth. xxij. igit̃ in et⁹ naturali potestate eẽt obseruare aliqua minora: ⁊ sic frustra ad h̃ daretur gratia. ꝯsequens falsum quia deus ⁊ natura nihil faciũt frustra.

Cõtra secundam conclusionē

Contra scd̃am conclusionem arguit̃ sic. dato ꝙ homo teneret̃ obseruare preceptũ in gratia sequit̃ ꝙ transgrediens preceptũ de furto facto trãsgrederetur preceptũ de homicidio. Nam iste fur tenetur hoc preceptũ obseruare. non occides ⁊ p te nõ solum tenet̃ ad substantiã precepti: sed tenet̃ seruare preceptũ in gratia tunc arguo sic. hoc preceptũ est ꝙ ipe nõ occidat ⁊ ꝙ ipse existẽs in gratia non occidat: sed ipe nõ est in gratia igitur non obseruat istud preceptum nõ occides et sic potest argui de omni precepto.

Secundo

Preterea si sic sequeret̃ ꝙ peccãs vno peccato peccaret necessario infinitis peccatis mortalibus probatur quia accipio tempus in quo sortes peccat et sit a. tunc in prima parte proportionabili ipsius a sortes tenet̃ in gratia esse ⁊ nõ est. ergo peccat mortaliter omittendo ꝓ prima parte qd̃ deberet habere in eadem ⁊ in secũda eodem modo nouo peccato. ꝓbo. quia equaliter obligatur ꝓ secunda sicut pro p̃ma. igitur equaliter delinquit: vel saltez mortaliter delinquit dimittendo ꝓ secũda parte. ⁊ sic de tertia ⁊ quarta ⁊c̃. ergo peccat infinit̃ peccatis mortalibus distinct̃. Si dicat̃ ꝙ est vna omissio tm̃ ꝯtinuata ⁊ vnũ pctm̃ omissionis.

Responsio

Replica primo

Contra sit omissio p̃ma ꝓ pte ꝓportionabili b. ⁊ ꝓ scd̃a c. ⁊ ꝓ tertia d. tunc arguo sic quãdo b est c nõ est. ergo peccans peccato b nõdũ peccat peccato c. ergo b ⁊ c nõ sunt vnũ peccatũ.

Secunda

Preterea quãdo b. ꝑteritũ est d. potest caueri: ⁊ est futurũ. sed b. nõ potest caueri nec est futurũ. ergo nõ sunt vnũ peccatum.

Tertia

Preterea sic diceret̃ ꝙ omittẽs p totam vitam suam nõ peccaret nisi tm̃ vno peccato omissionis.

Quarta

Preterea si sortes in p̃ma pte ipsius a. cõmitteret b. ⁊ in scd̃a ꝯtereretur ⁊ peniteret in tertia peccaz ⁊ omitteret omissione d. tunc manifestum est ꝙ b. ⁊ d nõ sunt vnũ peccatum: sed nõ minus grauiter peccat modo ꝙ tunc. ergo nunc peccat vl' vno peccato infinite grauitatis vl' infinitis peccatis mortalibus.

Tertio argu̅ contra ꝯclusionē

Preterea si ista ꝯclusio sit vera: sequit̃ ꝙ peccans mortaliter ⁊ exñs in peccato mortali ꝓ omni tpe quo posset penitere ⁊ nõ peniteret ipe incurreret nouũ peccatũ mortale. ꝯña potz. q2 omni tempe tenet̃ esse in gratia ⁊ penitere. ergo quicũq3 omittit penitere cũ posset peccat nouo peccato. ꝯñs videt̃ multũ difficile.

Quarta conclusionē

Preterea si illa ꝯclo foret vera sequeret̃ ꝙ teneremur ad aliq̃d quod non est in potestate nostra. ꝯña tenz. quia teneremur ad gratiam que nõ est a nobis sed a solo deo. ꝯñs falsũ videtur: q2 tũc obligaremur vltra posse.

Ad p̃mũ quando arguit̃ contra primã conclusionẽ ⁊ deducitur ad hoc ꝙ magis diligens deũ minus diligeretur a deo ⁊c̃. potest dici ꝙ nec ꝯña valet nec consequens est impossibile. ⁊ ad ꝓbationẽ ꝯñe. b existens in charitate minus diligit deum ꝙ a. carens charitate: q2 de⁹ in illo carẽte causat nõ charitatẽ. ⁊ similiter si decederet illum beatificaret: ⁊ alium si decederet damnaret. ergo magis diligit minus diligentem. dico ꝙ ista ꝯña nõ valet deus infundit charitatem isti vel auget seu conseruat in isto. s. a charitatẽ ⁊ in b nõ. ergo magis diligit a ꝙ b. q2 capio vnũ ꝑscitũ ad mortẽ eternã existentem in gratia ⁊ alium ꝑdestinatum existẽtem in peccato mortali istum plus diligit manifestum est. quia isti vult maius bonũ sc3 vitam eternam: ⁊ tamen nullam charitatem sibi dat. Similiter nõ sequitur formaliter: sed vt nũc tm̃ iste caret charitate. ergo si decedat dam-

nabitur. nam nō includit contradictionem ꝙ deus hominē sine charitate beatificet. Similr nec ista consequētia valet deus damnaret a si modo decederet ⁊ deus beatificaret b. si modo decederet. igitur deus nunc plus diligit b q̄ a. Nā ꝙ modo plus diligit b q̄ a non sequitur: sed bene sequitur ꝙ deus magis diliget b q̄ a. Instantia patet si b. sit p̄destinatus existēs in peccato mortali ⁊ a prescitus existēs in grā tunc ista conditionalis ſm legem statutam est bona deus damnaret b si modo decederet. et tamen certum est ꝙ deus non plus diligit b q̄ a. quia ipsi b preordinat vitam eternā ⁊ ipsi a non.

Responsio ad pñs

Secundo dico ꝙ consequēs non est incō ueniens videlicet ꝙ minus diligens deum pl⁹ diligatur a deo. nam de facto verum est in exē plo posito de prescito existente in gratia ⁊ pre destinato existente in petō mortali. Silit pre destinatus dormiens quādo nō diligit deum plus diligitur a deo q̄ prescitus in gratia sum me diligens deum.

Dilectio accipitur dupliciter

Ad auctoritatē scripture Prouerbioꝝ octauo. Ego diligētes me diligo dico ꝙ diligere accipit̄ equiuoce in scriptura. Vno modo pro actu vel pro motu voluntatis in deum quo volūtas vult deo bonū. Alio mō diligere deum vocat̄ in scriptura perseuerant̄ viuere ſm mādata diuina. iuxta illud. q̄ audit mandata mea et seruat ea ⁊c. Primo modo lo quendo de dilectione nō oportet ꝙ qui magis diligit deum magis diligat̄ a deo. immo xp̄us plus dilexit petrum quādo negauit tum⁹ q̄ vn q̄ fecerat iudam etiā quādo optime se habuit Secūdo modo verum est ꝙ qui magis diligit id est qui melius perseuerant̄ viuit magis dili gitur a deo.

Ad scđm

Ad secundū quādo arguit̄ si ho mo per sola naturalia diligeret deum ⁊c. ergo ⁊c. cōsequētia non valet. probo quia nō potest vitare originale peccatum. similiter ꝯsequens non est incōueniens q: licꝫ nunc de facto non possit homo vitare sine gratia posset tamen si deo placeret aliter statuere et ſm legem statu tam credimus ꝙ talis homo qui audiēs loqui de vna re que esset creatrix et gubernatrix om nium et eam summe diligeret deus ei prouide ret de via salutis et infunderet sibi grām etiaꝫ sine baptismo vel alijs sacramentis.

Ad tertium

Ad ter tium quādo arguitur ꝙ tunc potest homo ⁊c. Dico ꝙ hoc non includit contradictionem et quando arguitur. igitur frustra datur gratia. negatur consequētia. nam placet deo. et ideo non est frustra alioquin omnia forent frustra. Nam ideo sunt quecunqꝫ sunt quia deo solū modo placent vt sint: et si aliquid esset qđ deo non placeret frustra esset.

3
Ad p̄mū argu. cō tra scđ am conclu sionem

Ad primū argu mentum contra secundā conclusionem factuꝫ quādo arguitur sic dato ⁊c. potest dici ꝙ ꝯñs est distinguendū eo ꝙ transgredi preceptū po test dupliciter accipi. Vno mō stricte ⁊ p̄prie Alio modo large et extensiue.

Trāsgressio pre cepti accipit̄ du pliciter

primo modo ne go consequentiā quia p̄prie transgredi ē fa cere libere substantiā actus prohibiti per pre ceptum vel omittere substantiam actus impo siti sub p̄cepto. actus aūt cadēs sub huiusmoi preceptione non occides alius est omnino ab actu prohibito per istud preceptum non fura beris. et ideo transgrediēs vnum non necessa rio transgreditur alterum p̄prie loquendo ⁊ stricte de trāsgressione precepti.

Secūdo

Alio modo ac cipitur transgredi preceptum large quia si pre cipitur a deo ꝙ circūstantia cuiuslibet obserua tionis et impletionis precepti sit in gratia. iō carens gratia non obseruat aliquod preceptū ſm circumstantias debitas: ⁊ ideo large loquē do transgreditur quodlibet preceptum ⁊ trās greditur circumstātiam inclusam sub quolibet precepto. sic cōcedo ꝙ qui delinquit in vno fa ctus est omniū reus.

R
Ad secundū

Ad secundū quādo dici tur ꝙ si homo tenetur ad obseruantiam prece ptorum in gratia. igitur peccans mortaliter p vnam horam peccaret peccatis infinitis quia in prima parte proportōabili tenetur eē in gra tia et non est. ergo ibi est alia omissio ⁊ sic in se cunda et in tertia ⁊c. Hic pōt dici p̄portōabili ter ꝙ conclusio est concedenda in casu. quia si teneretur de volūtate ꝙ posset habere subitū actum. hoc est in instanti ⁊ in quolibet instāti nouum actum vel in tempore minori et in mi nori igitur in infinitū ex deliberatione ꝯclusio foret vera maxime in peccato omissionis q: p infinitis temporibus vel instantibus omitte retur illud quod debet habere. Tenēdo similit̄ ꝙ voluntas successiue habeat actum suum ita ꝙ volitio causetur in voluntate partibiliter. si cut calor causat̄ in ligno loquēdo de partibus intensionis tunc nō est dare primum instans in quo voluntas vult: sed cōtinue est alia voli tio et licet sit dare primū instans in quo hec vo litio est non tamen est dare primū instans in quo volūtas illa male vult ideo sicut in altera tione continua est dare infinitas formas et remissiores forma in vltimo gradu termināte alterationem et per ꝯsequēs infinitas albedi nes remissas dealbatiōe continua: ita etiaꝫ in hac volitione producta partialiter est dare vo litiones infinitas remissiores: et tamē quelibꝫ illarum fuit peccatum mortale. nec est dare mi nimū peccatū mortale quod iste cōmisit eligē do hanc volitioneꝫ immo sunt infinita pecca ta mortalia que sunt tantum partes vnius pec cati mortalis ⁊ sic in actu cōmissiōis cōmittēs

cōmittit peccata infinita. et ideo per has vias pclo ad quā deducit nō est incōueniēs. qa tū argumentū nititur probare q omittens p horam peccat infinitis omissionibus potest dici q hoc potest itelligi dupliciter. Uno modo q peccet infinitis omissionibus cōcomitantib⁹. et sic dicitur q non est verum. cuius causa est. quia stat aliquam partem pportionalē esse ita paruam in qua nō potest resistere nec resipiscere nec penitere. sed concedo q omni tempe p quo pōt penitere ante finē hore et nō facit peccat mortaliter nouo peccato omissionis sic dicto. i. nō cōcomitāte alteri. Alio modo pōt intelligi q peccet in hac hora peccatis infinitis vel omissionibus infinitis concomitantibus. et sic conceditur conclusio q in prima medietate hore peccat vna omissione et infinities posset accipere partem equalem isti medietati differentem ab ista medietate portialiter et nō totaliter. eodē modo dicendū est de illis omissionibus. et sic sunt in omni peccato omissiōis omissiones infinite quia infinities iste omisit quod debuit facere. Et peccare petō omissionis nō est aliud nisi facere q ita sit sicut p hāc denotat iste infinities omisit qd debuit. Tūc ad pmā formā quādo arguitur sic. sit omissio pro prima parte proportionali b pro secūda c. pro tertia d. tūc b c d sunt totaliter peccata distincta. igitur etc. Potest dici q ante finē hore est aliqua pars proporōalis ita modica q in primo instāti illius nō potest incipe penitere. et per totam talem horam peccat peccato antiquo et non nouo et cum infinite sint tales partes pportionales in hac hora sequit q non sm omnes partes pportionales in hac hora sūt distincta peccata omissionis. et sic posset dici ad illas quattuor breues formas quibus pbatur q singulis partib⁹ pportionabilibus correspōdent peccata omissionis distincta formaliter.

Ad tertium argumentū contra secundā conclusionem quādo arguit q tūc existēs in petō mortali etc. concedo pclusionē sm intellectum pus dictum ad alias formas. Ad quartū qn arguit tunc tenet homo ad aliquid etc. Respōdeo q esse in potestate hominis accipit dupl'r Uno modo complete et perfecte. Alio modo dispositiue. potest igit homo in aliquā operationem per vsum bonū liberi arbitrij q dispositione existente in homine deus infundit sibi gratiam et sic aliquo modo habemus gratiā in nostra potestate videlz dispositiue et incomplete nō tamen perfecte et effectiue. sil'r patet per phm. hoc possumus quod p amicos possumus. Sed contra istam cōclusionē qua dicit q omnis act⁹ peccati mortalis est ifinita petā mortalia. qa ois volitio mala ē ifinite male volitiōes qr q p vnā horā hūit malā volitionē habuit ifinitas malas volitōes. Et sil'r ois omissio peti mortal' ē infinite omissiōes. Arguit pmo sic sit a vnum peccatū mortale et b aliud quod nō sit pars ipsius. a et c tertiū distinctū totalit ab vtroq. tunc sic a peccato correspōdet pena infinita extēsiue. igit a et b corrūdet maior pena ifinita s nō extēsiue ptz qr nulla pt eē maior extēsiue pena ifinita extēsiue. g a et b corrūdet maior pēa itēsiue q soli a. g adhuc corrūdz maior a b c q soli a et. n extēsiue g itēsiue. g ifinitis petis mortalib⁹ corrūdet pēa ifinita in ifinitū maior pene corrūdēti ipsi a itēsiue. g si iste peccās peccat ifinit petis mortalib⁹ ipe meret penā infinitā itēsiue qd est impossibile etiā deū sibi dare. et p ɔsequēs si pclo data sit vera sequtur q omne peccatū mortale meret penā etiā infinitā intensiue. Secūdo sic. nullū infinitū est maius alio infinito vel esse potest sm commentatorē pmo phisicor. igit si in omni peccato sint infinita peccata mltanulla multitudo peccator est maior alia. nec aliquod peccatū maius alio ɔsequēs est falsum. Tertio sequit qa totiēs peccauit adam qui nō legit peccasse nisi semel et tot petā cōmisit quot cōmisit nero vel iudas vel vnus alius qui addidit peccata peccatis p qnquaginta vel sexaginta annos.

Quarto sequeret q peccatū occidentiū xpz sciēter nō foret grauius q simplex furtū, vl mēdacium mortale vt videt. ɔñs est falsū et ɔtra Anselmū. ij. cur deus homo. c. xiij. vbi dicit q non solum occisio xpi sed lesio sola xpi excederet omnia peccata mūdi cogitabilia. Quinto sit a vltimū instans terminās alterationē tunc sortes in infinitū grauius peccat in a q qn inceperit peccare igit peccat petō infinite grauitatis. Ad ista potest dici tenēdo q omē petm cōmissionis est mala volitio et omē petm omissionis est mala omissio volendi quod hō debz velle p tpe p quo omittit. et tūc ɔnter dici pōt q cum mala volitio pducat successiue in volūtatē pducitur per alterationē et cum omnis alteratio sit infinite alteratiōes vel sibi ifinitas alteratōnes cōtinuet hic erūt infinite male volitiones pducte anteq a producat sit a vna volitio pducenda. dici tamē potest q hoc non obstante licet a pducatur per alterationē tamē a potest manere in volūtate alteratiōe terminata ita q a conseruet in volūtate sine intēsione siue remissione sui et sm modū loquēdi Arist. de formis in actu a erit in actu volitio et omis volitio que pcessit et nō mansit nisi per instās sine additiōe alterius gradus aducinctis per alteratiouē diceret apud eū volitio in potētia

Peccās infinitis peccatis pōt itelligi dupliciter

explicaz

Ad tertiū contra scdam pclusionez

Ad quartum Esse i ptāte hoīs accipit dupliciter

Cōtra solu. ad secūdū argu cōtra scdam pclusionez

Argu pmo

Secundo

Tertio

Quarto

Quinto

Rñsio ad pma

quia apud Aristotelē nulla forma est forma in actu illa que manet per tempus sic ꝙ de ea nihil deperdatur nec illi aliquid addatur. et ideo ſm suū modū legendi nō forent infinite volitiōes in potentia et vna tm̄ in actu. sic ꝯsimiliter iste peccauit infinitis peccatis in potētia ⁊ vno peccato in actu ⁊ hoc dici deberet in peccatis positiuis que sunt peccata cōmissionis. Tunc ad argumentū quādo arguitur. sit a vna ps peccati et b alia ⁊ c tertia ⁊ tūc a et b deberetur maior pena ꝙ̄ a tm̄ ⁊c. dici pōt ꝙ si a et b et c sint pctā distincta totaliter contra partes vniꝰ peccati cuilibet eoꝝ debetur infinita pena extēsiue ⁊ omnibꝰ simul pena maior ꝙ̄ vni de illis precise si sint pctā talia.

Ad secundū

Ad scđm argu. iuxta supiꝰ posita ꝯcedo ꝯñs q2 in omni multitudine pctōꝝ sunt infinita ⁊ infiniti ad finitū nulla est ꝓportio. ideo vna multitudo pctōꝝ est infinita peccata mortalia quecūq3 fuerint punietur pena infinita extensiue: sed illa pena erit acerbior et amarior vni pctō ꝙ̄ alteri ſm ꝙ pctm̄ ē grauiꝰ. Nec valet ꝯñia a pctm̄ est pctā infinita ⁊ b ē infinita pctā. igitur a et b sunt infinita peccata et eque grauia. sicut nec valet hec: sortes habꝫ infinitas malas volitōes ad occidendū platonem ⁊ cicero hꝫ infinitas malas volitiones ad summū pontificē occidendū. g̃ sortes ⁊ cicero peccāt eque grauiter ꝯclō de forma non valet. Unde ꝯsequēter dico ꝙ vnū pctm̄ nō est maiꝰ alio sic ꝙ his debetur pena extēsiue maior. ſ3 vnū est grauius alio. et ideo pena extēsiue infinita tolerabilius affliget vnū peccatorē3 ꝙ̄ alium.

Ad tertiū

Ad tertiū quādo arguit si sic. ergo totiēs peccauit adam sicut nero ⁊c. dico ꝙ ista de vi vocis nō valet. na3 ex hoc implicatur ꝙ adam nero et iudas peccauerīt infinities ſ3 nō habeo dare ꝓ nūc istā quilibet istoru3 infinities peccauit ⁊ ꝑ ꝯñs inter pctā istoꝝ nō cadit cōparatio quā tm̄ ponūt sic arguētes. ⁊ ideo argumētū nō ꝯcludit ⁊ potest vlteriꝰ dici ꝙ ꝓpter hoc dr̄ adam semel peccasse. q2 forte pctā sua fuerīt omissiōes omittēdo qđ debuit fecisse iuxta mandatū dei siue cōmissiones cōmittēdo ꝯ̄ dei voluntatē ꝑ inobedientiam ista duo pctā simul ⁊ vno nomine pñt noiari videlꝫ supbia.

Cōtra rñsionē

Sꝫ ꝯ̄ pono pctm̄ sortis q̄ aliquo g̃n pctō peccauit districto ꝑ scripturas. ⁊ arguo sic. sor. semel peccauit tm̄ g̃ nō septies. ꝯña pꝫ ⁊ ꝯñs est verū ex iā dictis. q2 oīa illa vno noīe noīat augustinus superbiā ⁊ vniuersaliter oīa reducunt ad supbiā.

Responsio

Dicēdū ꝙ iuxta intellectū datū de tm̄ semel peccare ꝯña iam nō valet. nam sic stant simul ꝙ sortes tātū semel peccet et tamen infinita committat ⁊c.

Ad quartū

Ad quartū nego ꝯñam. q2 bene volo ꝙ peccatū occidentiū christū non maius fuit furto vel mendacio mortali: sed fuit grauius. Cōtra hoc qđ dictū est ꝑus est falsum. s. ꝙ pctā mortalia nō possunt cōparari ad inuicem ſm similitudinē maiorē vel minorē ſ3 in hoc sunt ad inuice3 cōpata ꝙ vni deberetur grauior pticipatio pene ꝙ̄ reliquo.

Ad quintū

Ad q̄ntū ⁊ vltimū qñ arguit supposito casu ⁊c. sortes in infinitū grauiꝰ peccat. etiam nego ꝯñam. quia per aūs nihil aliud denotatur nisi ꝙ potest esse ꝓcessus in infinitum in cōmissiōe peccati grauioris: quia in aliq̄ua parte alterationis dicte hec fuit vera peccatum sortis non est ita graue quin possit esse duplo grauius: nec in duplo quin possit esse in triplo ⁊ quadruplo: ⁊ sic in infinitum. Unde infinitum tenetur sincathegoreumatice a parte subiecti ⁊ denotat ꝓcessum in infinitu3 ⁊ ex hoc nō sequitur ꝙ sortes in a peccat peccato infinite grauitatis. quia ex ꝓcessu in infinitū nō ꝙ̄ sequitur status. ⁊ illud ꝯsequens ponit statum: sed tamen bene valet ꝯsequentia. si ly infinitum teneretur cathegoreumatice a parte ꝑdicati. sed antecedens esset tunc falsum ⁊ cōsequens. similiter cum ista responsione stat ꝙ in a hec potest esse ṽa sortes cōmisit infinita peccata quoꝝ vnum est grauius alio in infinitum. tamen est accipere vltimū grauius.

Scđa t

Secūda difficultas circa fruitione3 de deo habendam a viatore est an deum esse super oīa diligendū possit naturali ratione demonstrari vbi dico duas conclusiones.

Conclusio prima

Prima est hec cathegorica nō potest naturali ratione ꝓbari. deus est diligendus ab homine super omnia.

Cōclusio secūda

Secunda est. hec ypothetica siue cōditionalis potest naturali ratione ꝓbari si deus est deus est super omnia diligendus ab homine.

Probatur prima conclusio

Probatur prima sic. nō potest demōstrari ꝙ ita sit in re sicut ꝑ hanc denotatur deus est. ergo non potest demonstrari ꝙ ita sit in re sicut denotatur ꝑ istā deus est sup oīa diligēdus. ꝯña pt3. q2 sequitur formalr deꝰ est sup oīa diligēdus. g̃ deus est. cū g̃ ꝯña sit formalis non pōt demonstrari aūs naturali rōne. Assūptū ꝓbatur vic3 ꝙ h nō possit demōstrari naturali rōe. deꝰ ē. q2 sola fide tenetur. Ad heb. xi. Credere opor3 accedēte3 ad deū: q2 ē ⁊ inq̄rentibꝰ se remūerator sit. Idē pt3 inductiē ex sufficiētia rōnū q̄ ad h inducūt

Probatur assūptu3 primo

Pria sic. Nulla ꝓpō affirmatiua ⁊ cathegorica cuiꝰ subiectū ē iplicatiuū falsi ē ꝓpō ṽa. ita nlla ꝓpō cathegorica affirmatiua cuiꝰ subiectū ē iplicatiuū credi ē naturalr euidēs. vl pōt eē naturalr euidēs. sꝫ h ꝓpō deus est sup oīa diligēdꝰ ē ꝓpō cuiꝰ subiectū ē iplicatiuū cuiusda3 materie credi sic istiꝰ. deꝰ ē sūmū bonū ⁊ ipsius deus est. ergo hec ꝓpositio deus est sup omnia diligendus: nō potest esse naturaliter euidēs

Maior patet. quia sicut hec est falsa. homo
est homo vel homo est aial rōale mortale si nul
lus esset homo. Et hec similiter asinus currit si
nullus asinus sit. ita hec ꝓpositio est mere cre-
dita deus est prima causa deus est pⁱmus mo-
tor et sic de alijs. Minor ostenditur videlicet
ꝙ hec sit implicatiua crediti deus est sup oīa
diligēdus ab homine patet: quia si ponat̄ ora
tio exprimens quid nominis loco istius termi
ni deus ꝓpositio erit implicatiua vni⁹ crediti.
sicut si dicatur sic. deus est ens infinitū ꝛ mlto
magis si ponatur conceptus quem habz xp̄ia
nus de isto termino deus. Secūda conclusio

Scda conclusio

que est ꝙ hec cōditionalis potest esse euidens
si de⁹ ē de⁹ est sup oīa diligēdus. probatur pre

Probat̄ cōclusio

fixo significato istius vocabuli deus et conce-
ptu quem nos christiani habemus de eo vide
licet ꝙ sit vnū intelligibile creans ꝛ cōseruās
libere oīa ad cuius nō esse sequit̄ nō esse oim.
sine quo nihil possumus ꝛ cetera vocabula que
de deo credimus ꝛ cōcipimus intelligi seu in-
cludi in significato huius vocabuli deus. tunc
potest argui sic. illud est ab homine summe di-
ligendum quod scitur ab eo esse summe bonū
ipsi homini. Sed si ista sciatur ab homīe deus
est: scitur ꝙ illud est quod est summe bonū ho-
mini. ergo scitur ꝙ illud est quod est ab homie
summe diligēdū. Tertia difficultas an homo

Tertia difficultas

magis diligere teneat̄ vnam personā in diuinis
ꝙ aliam puta pr̄em ꝙ filium vel sp̄m sanctū. et
hic possunt dici due cōclusiones. Prima est ꝙ

Conclusio prima

nō teneor diligere magi vnā psonā i diuinis ꝙ
aliam. Secunda est ꝙ ꝓpter aliquaz causam

Secunda ꝯclusio fm opi. aliquorū

teneor diligere vnam personā ꝓpter quam nō
teneor diligere aliam. hoc est ꝙ tales ꝓpōnes
sunt vere diligo filiū ꝓpter hoc non diligo pa
trem ꝓpter hoc. sicut diligo filiū quia redemit
nos ꝛ nō diligo patrem quia redemit nos. sed
ista cōclusio secūda nō est sufficiēter probata.
Nam licet diligam filiū quia redemit me vl̄ q2
passus est pro me et mortuus tamen ex eadem
causa qua diligo filium. scilz quia redemit me
diligo consequēt̄ patrem et sp̄m sanctū q2 q̄cū
operatus est filius ad redemptionē meam tm̄
ibi operati sunt. licet ergo secūda cōclusio non
sit sufficiēter probata ꝓpter actū redemptiōis
videtur tamen ꝙ possit sic probari. Ista ꝯñtia

Probat̄ secunda cōclusio

est bona diligo hanc humanitatē christi. ergo
diligo hunc hominē. probatur ꝯsequētia quia
sequit̄ diligo hāc humanitatē. ergo hec huma
nitas diligitur a me. igitur ille homo diligitur
a me alioquin nō fieret cōmunicatio ydioma-
tuz. nunc sequitur illa humanitas mouebatur
ergo filius dei mouebatur quod tamen est fal
sum. igitur de primo ad vltimū diligo hanc hu
manitatem ergo diligo filium dei. sed ista con
sequentia non valet diligo hanc humanitatē.
ergo diligo patrem. sicut non sequitur. hec hu
manitas est passa. ergo pater est passus sed fi-

Rñsio ad ꝓbatio nem conclusionis

lius. sed adhuc videtur ꝙ istud nō sufficiat: q2
seq̄t̄. diligis hāc hūanitatē. ergo diligis filium
dei per cōmunicatōnē ydiomatū. Et sequitur
diligis filium dei ergo diligis deum ꝛ vltra. er
go diligis trinitatē. quia trinitas ē deus. Pro

Opi. doc.

pter hoc dico ꝙ scda ꝯclusio est falsa ꝛ sua op-
posita est vera vicz hec. ꝓpter nullaz causam te
neor diligere vnam personam diuinam ꝓpter
quā nō teneor diligere quālibet psonam diui-
nam. ꝙ alias tamen ꝓpōnes: ꝛ alias exprimitur
eadem causa diligendi in cōparatione ad diuer-
sas psonas: sicut cum dicit̄. diligo filium: quia
redemit me ꝛ nō patrem. quia redemit me: sed
quia filius redemit me: ꝛ sic de spiritusancto.
Prima aūt ꝯclusio vera est vicz nō teneor magi
diligere vnū psonā ꝙ aliam. q2 eadē bonitas ē
oim ꝛ omnis causa ꝓpter quā debeo diligere
vnā psonā ē eā ꝓpter quā debeo diligere aliā

Quarta diffi.

Quarta difficultas circa fruitionē viatoris
est an viator possit frui vna persona nō fruen
do alia. ꝛ videt̄ mihi ꝙ nō. quia sicut impossi-
bile est ꝙ marcus tullius sint noia eiusdem. ꝛ
ego nesciam hoc. sed tm̄ scio ꝙ hec persona vo
catur marcus. impossibile est ꝙ hec sit vera. di
ligo marcum quin hec sit vera. diligo tulliuz. ꝛ
similiter est impossibile ꝙ hec sit vera. diligo
deum. quin hec sit vera. diligo trinitatem: ꝛ di
ligo patrem ꝛ filium ꝛ spiritumsanctum. eo-
dem modo impossibile est ꝙ hec sit vera. di-
ligo filium quin hec sit vera. diligo deū sic for-
mata: quia sic semp intelligo licet nō exprimam
vel loquor sic. impossibile est ꝙ ita sit in re si-
cut per hanc denotatur. Nam si diligo filium
volo filio bonum: ꝛ illud valo deo. ergo trini-
tati. patet consequentia. quia per sillogismum
expositorium. Vnic deo volo hoc bonum: hic
deus est trinitas. ergo trinitati volo hoc bo-
num. sicut tamē cum ista. diligo tulliū stat ista
hec non est scita a me. diligo tullium: ita cum
ista. diligo trinitatem stat ista. nescio hanc. tri
nitas est a me dilecta. Contra primam con

Cōtra ꝓmā ꝯclu sionē scde diffi.

clusionem secūde difficultatis arguo sic. Omne
quod antiqui philosophi ꝓbauerūt potest na-
turali ratione ꝓbari: sed deum esse super omīa
diligendum antiqui phi ꝓbauerunt. ergo ꝛc.
Maior patet. quia ipsi solis ꝓpositiōibus na
turaliter manifestis assenserūt. Minor ꝓbat̄.
quia ipsi cognouerunt deum super omnia esse
diligendum. ergo hoc ꝓbauerūt quod non est
primū principium. patet assumptum. quia co-
gnouerunt deum sup omnia diligendū: q2 fm

apostolū Roma. primo. Gentiles per creatu-
ras visibiles deuenerunt in notitiam dei. Uñ
dicit. deus enim illis reuelauit: inuisibilia eniȝ
dei a creatura mundi per ea que facta sunt in-
tellecta conspiciuntur ⁊c. Ex hac auctoritate
arguitur sic. tantam cognitionem et ita euidē
tem habuerunt de deo ꝙ fuerunt omnino inex
cusabiles de eo ꝙ non coluerunt nec glorifica-
uerunt sicut deum. ergo ita euidentē notitiam
habuerunt de deo ꝙ sciuerunt eū esse colendū
et glorificandum sicut deuȝ. sed colere aliquid
sicut deum est diligere illud super omnia. ergo
talem cognitionem habuerunt ꝙ sciuerūt deū
esse diligēdum super omnia quod est ꝓpositū.

Confirmatur

Confirmatur ista ratio quia aut cognouerūt
ꝙ debuerunt eū diligere super omnia aut eos
latuit. si latuit ergo fuerunt excusabiles in hoc

Secundo

si cognouerunt habetur propositum. Preterea
ex hac auctoritate arguitur contra mediū pro
pter hoc ꝙ dicis hanc propositionē non posse
probari deus est super omnia diligēdus. videlȝ
quia hec est mere credita deus est. Nam aut co
gnouerūt deum esse aut nō. si non ergo fuerūt
excusabiles. si sic igitur naturali ratione potest
hoc probari. Similiter apostolus assumit op-
positum nam ꝙ inuisibilia dei. id est attributa
deo inuisibili per ea que facta sunt intellecta
conspiciūtur id est per propositiōes formatas
de terminis intellectis cognoscunt predicata
de deo: sicut deus est bonus potens eternus ⁊
huiusmodi. Unde subdit sempiterna quoqȝ vir-
tus eius et diuinitas. igitur non solum istam

Tertio

deus est bonus ⁊c. Preterea contra eandem
conclusionem. Omne quod precipitur iure na-
turali potest naturali ratione ostēdi esse ratio
nabile: sed deuȝ eē sup omnia diligendum pre
cipitur iure naturali. igitur. maior patet qꝛ fa-
tuū foret obedire illi cuius nulla ratio assigna
retur. Minor patet quia diligere deum super
omnia precipitur lege diuina. Sed omēs leges
diuine natura constant: humane aūt moribus
vt dicit Isidorus ḡn to ethimol. et in decretis
ponitur distinctione pⁱma. c. omnes. Cōfirmatur
quia si diligere deum super omnia foret cōtra-
rium rationi naturali. ergo preceptum diuinū
destrueret rationem naturalem potius ꝙ per-

Quarto

ficeret quod est incōueniens. Preterea ratiōe
naturali probatur ꝙ bonum cōmune diuinuȝ
est magis diligendum ꝙ bonum particulare
primo ethicoꝝ. c. ij. bonuȝ ciuitatis est melius
⁊ diuinius ꝙ vnius persone. igitur quod est sum
me diuinū est. summe diligendum quia est ma
xime cōmune bonum quia est bonum omniū ⁊
cōmunissimū et optimū quia est ipe met deus

Quinto

ergo est summe diligendus. Preterea homo
debet naturaliter diligere se ꝓpter finem suuȝ
quia ꝓpter quod vnūquodqȝ tale et ipm̄ magis
quia finis est magis amabilis eo quod est ad
finem nono ethicoꝝ. sed deus est finis vltimus
q̄ mouet vt amatū ⁊ ꝺsideratū. xij. metaphisice
cōmento. xxxvi igitur homo naturaliter maxime
debet deum diligere. Confirmatur per illud

Cōfirmatur ratio

cōmentatoris ibidem qui dicit sic. si motor ce
lestium corpoꝝ est magis bonus omnibus ne
cesse est vt sit desideratus magis oībus bonis
et ita cum corpora celestia sint nobilissima cor
pora sensibilium necesse est vt illud bonum qđ
appetunt sit nobilissimū etnū ⁊ maxime quod
appetit totum celum in motu diurno. Preterea

Sexto

homo ꝯm naturam suam et rationē naturaleȝ
magis debet diligere bonitatē et veritatem ꝙ
semetipm̄ vel suum esse. sed deus est sūma bo-
nitas et summa veritas. igitur ⁊c. maior pȝ pⁱmo
ethicorum. c. vi. ꝯm thomā etiam pro salute ve
ritatis oportet familiā destruere. et pⁱhus: am
hobus eñ existētibus amicis sanctum est pre-
honorare veritatem. ꝙ si ꝓ multitudine amico
rum homo debȝ se morti exponere ꝙto magis
pro veritate: sed ꝙ ꝓ multitudine amicorū ho
mo se debeat morti exponere. patet quia aliter
destrueretur omnis politia mūdana ⁊ omnis de
fensio. ergo a multo fortiori debet homo deuȝ

Septimo

diligere super omnia. Item apostolus ad Ro.
scđo. gentes que legē nō habent ipe sibi sūt lex
id est naturaliter ea que legis sunt faciunt sed
lex diuina siue lex moysaica precipit deū diligi
super omnia. ergo gētiles hoc naturaliter fece
runt. ergo naturaliter cognouerūt deū debere

Octauo

diligi sup omēa. Preterea obiecta diligibilia
⁊ dilectiones ad quas homo tenetur ex euidētia
rōnali sunt ordinata. q̄ro ergo aut est ꝓcessus
ī infinitū ita ꝙ ratio nō dictet aliquid eē sum
me diligēdū vel est status si est status nō nisi
in deo qꝛ rō naturalis erraret ⁊ nō foret euidēs
si est ꝓcessus in infinitū ergo nō est dare ꝯm ra
tionem naturalē sūmū bonū. ꝯsequēs falsum.
et contra phm̄ scđo metaphice quia in causis
essentialibus nō est ꝓcessus in infinitū. igitur cō
tingit ꝯm rationē naturalē deuenire in finem
vltimū. ergo in summū bonū quia finis bonuȝ

Contra medium probationis

et optimū voluit esse. Contra mediū quo pro

Primo

batur ꝯclusio dr̄ eñ ꝙ hec nō potest demōstra
ri deus est sup oīa diligendus: qꝛ hec est mere
credita deus est. Arguitur pⁱmo sic. tñ deum esse
ꝑ se notū patet ꝑ dam. pⁱmo senten. distin. xxvij
ca. tertio. cognitio existendi deum nobis natu

Secundo

raliter insita est. Preterea Anselmus prosologi.
cap. secundo. dicit ꝙ deus non potest cogitari
non esse et arguit contra insipientem qui dicit
in corde suo non est deus. sic probans deum

esse insipiens qui audit istud aliquid quo maius nō potest cogitari in intellectu. ergo quod audit est in intellectu suo. quero igit͛ aut est in intellectu suo tantum aut in re et in intellectu si primū. ergo nō est quo maius cogitari ⁊c. igitur illud quo maius cogitari nō potest non est illud quo maius cogitari nō potest quod includit contradictionē. si in re ⁊ in intellectu. igit͛ ē in re. sed deus est illud quo maius cogitari nō potest. igitur ⁊c. Ista ratio est apud Anselmū tanti ponderis ⁊ tam euidens vt in fine quarti capituli dicat. gratias tibi domine q2 quod primo credidi te dante iam sic intelligo te illuminante vt si te esse nolim credere non possū nō intelligere. Fuit autē quidā qui p̄ insipiēte respondēs dicit sic se p̄bare posse ꝙ insula perdita esset. vocat insulā perditā fingēdo ꝙ posset esse nobilissima insula quedā inaccessibilis in mari omnes terras vincēs fertilitate. cōtra quod dicit Anselmus libro suo contra insipiētem ꝙ si quis inuenerit aliquid preter id quo maius cogitari nō potest cui sue rationis cognitio valeat coaptari dabit sibi Anselmus insulam perditam amplius nō perdendaȝ. Ista verba replico ad ostendendū q̄tum confisus fuerat Anselmus in isto argumēto.

Tertio

Preterea hec est per se nota necesse est esse vnū primum mouens actu operās ⁊ hmōi.

Quarto

Preterea veritatem esse potest demōstrari. igit͛ deuȝ esse potest demōstrari. Antecedēs patȝ q2 Anselmus hoc demonstrat. monol. xviij. Cuius ratio stat in hoc si veritas nō est. ergo veritateȝ non esse est verum. ergo veritas est.

Cōfirmat͛

Confirmat͛. quia veritatē esse sequit͛ ex vtraq3 parte ꝯtradictōis

Quinto

Preterea Aristoteles. viij. phisicorum ⁊ in. xij metaphisice p̄bat deū esse infinite v̄tutis intēsiue ⁊ ꝙ est prima causa primū mouēs ⁊ hmōi.

Cōtra ꝯclusionē quarte diffi. primo

Contra conclusionē quarte difficultatis que fuit ꝙ viator nō potest frui vna p̄sona nisi fruatur omnibus argui͛ multipliciter. primo sic. Nam filius potest videri corporali visione nō viso patre nec spū̄sancto igit͛ potest diligi illis nō dilectis. antecedēs p̄bo quia iudei viderūt personā humanā que erat filius ⁊ nō viderūt patrem nec essentiā diuinā. manifestū est quia non viderūt filium nisi inquātum hominē per cōmunicationē ydiomatū.

Secundo

Preterea vna persona potest esse homo alia nō existēte. igit͛ contigit frui vna alia nō dilecta. quia non magnū mirū est vnam personā diligi ⁊ aliā nō.

Tertio

Preterea pater prior origine est filio. igit͛ in illo priori potuit diligi sine filio vel nō viso filio.

Quarto

Preterea creatura intelligēs personas siue clare siue obscure aut cognoscit illas vna cognitione vel duabus. si vna igitur illa nō distinguit inter illas. si duabus igitur vna potest destrui alia remanēte. igitur vna persona potest cognosci alia non cognita et per ꝯsequens potest diligi alia non dilecta.

Q. Risio ad ista per ordinem

Ad istas per ordinē respōdeo et primo: ad primū quādo dicit͛ ꝙ omne quod philosophi p̄bauerūt ⁊c. concedo. sed hoc non est huiusmodi.

Ad primū secundum

Ad auctoritatē apostoli dico ꝙ ante ortum magnoruȝ philosophoꝝ fuerūt patriarche et cultus dei fuit reuelatus hominibus. et adeo philosophi hoc sciuerūt ⁊ cum quidam eorum licet hoc crederent non tamē eum coluerunt sed tyrannorum timore et vt vulgo placerent coluerunt idola. ideo fuerūt inexcusabiles. Contra apostolus dicit ꝙ inuisibilia dei ⁊c. ergo potuerunt hoc per creaturas probare. dici potest ꝙ habita reuelatione ꝙ deus est multe congruentie possint haberi ex creaturis. adhuc tamen non potest probari deuȝ esse per creaturas et hoc concipiendo per terminū deus: sicut nos christiani cōcipimus. infidelis autem qui non concipit per illum terminū de᷑ nisi solem vel idolum ipse scit deum suum esse videlicet illud quod intēdit per illum terminū Unde ad argumentuȝ concedo ꝙ illi gentiles fuerunt inexcusabiles. et tamen ex hoc non sequitur ꝙ cognouerunt deum esse diligendum super omnia naturali ratione sed reuelatione prophetarum. et cum crederent deum esse non vixerunt s̄m illam fidem sed colebant idola. et ideo fuerunt inexcusabiles.

Ad scōm

Ad dictum apostoli inuisibilia ⁊c. verum est apud credentem deum esse multa predicata que non concludūtur de deo. tamen possunt concludi ratione de eo et cognitione creaturarū. et sic patet ad primum ⁊ ad secundum.

Ad tertium

Ad tertium potest dici ꝙ aliquid precipitur in iure naturali dupliciter Uno modo expresse vel formaliter sicut hic. Hoc facias alteri qd̄ tibi fieri vis. Alio mō latēter ⁊ q̄si in suo añte. et sic p̄cipiunt͛ illa q̄ ad hoc sequuntur. Illa v̄o q̄ dicunt͛ sequi ad hoc p̄ceptū sunt in duplici genere. quia quedam sequūtur consequētia naturali ⁊ euidenti naturalit͛ quedam tantuȝ consequētia credita. illa que p̄mo moda sequuntur possunt per rationeȝ naturalem ostendi esse facienda et rationabilia. illa vero que tantū sequūtur secūdo modo: nō possunt ostendi sed tantū credūtur esse rationabilia et huiusmodi sunt quedam que in euāgelio continentur. quia ratione naturali non potest ostendi ꝙ concupiscere rem alienam sit peccatum mortale vel ꝙ homo debeat deum diligere plusq̄ se.

Ad quartum

Ad quartum quando dicitur ꝙ bonum cōmune ⁊c. potest dici ꝙ si istud argumentum concluderet probaret ꝙ homo magis deberet diligere cōmunitatē q̄ semetipm

Reueleť ergo alicui ꝙ si ipe annihilaretur vel
damnaretur totaliter cōmunitas saluabitur:
quo posito iste ſm argumentum deberet velle
annihilari vel damnari qḋ est falsuȝ. ⁊ ideo di-
ctū Aristotelis bonū cōmune ⁊c. potest forte i
telligi de administratione tpaliū ⁊ de laborib⁹
psonalibus cuilibet pertinētibus ad cōitatem
Siliť illud verbū accipit quoddam creditum
videlicet ꝙ aliq̇d sit diuinū qḋ ē vbū psuasiuū
nec ratiōe naturali pbatur ꝙ homo debet ma
gis diligere se ꝙ̄ cōmunitatē cuius ipe non est

Ad quintū

pars. Ad quintū potest dici ꝙ nō est demon-
strabile quin homo sit finis suppsitus et non or
dinetur ad aliquid aliud sicut ad finē scilicȝ ad
felicitatē. nō ideo sequiť ꝙ felicitas nō sit ma-
ior homine cum felicitas vno modo loquendi
sit operatio vel speculatio intellectus decimo
ethicoꝝ. Et quādo diciť ꝙ ordinať ad felicita
tem sicut ad finem. sensus est ꝙ homo debȝ se
ordinare vt bene et feliciter viuat. vnde finis
hominis est hoc totum scilicet ipm feliciter vi-
uere ita ꝙ ipe includať in fine suo aliquo mo-

Ad sextum

do loquendi. Ad sextū potest dici ꝙ illa sunt
mere credita vel a creditis deducta. vnde sicut
philosophi suaȝ philosophiā practicā siue spe
culatiuam miscuerūt cum opere vulgi ita etiā
suam scientiā moralem cum legibus statutis
miscuerūt volentes dare ratioē coꝝ omnium
que legibus precipiebanť. Unde si ista rō con-
cluderet pbaret ꝙ homo magis deberet semp
velle esse miser vel annihilari p veritate susti-
nenda. Similiter vbi Aristoteles hoc dicit lo-
quitur contra opinionē Platonis qui dicit ꝙ
sanctū est p̄honorare veritatē. p qḋ forte innuit
quod est hominibus p pphetas ⁊ legislatores
reuelatū. Unde licet Aristoteles hoc dicat vel
phus non ideo sequiť ꝙ possit ratione natu-
rali demonstrari. Nam ipsi quidē persuaserūt
pbabiliter sicut facit vbiqȝ Aristoteles in ethi
cis et in moralibus sicut ipsemet docet primo

Ad septimū

ethicoꝝ. Ad auctoritatē apostoli gentes que
legem nō ⁊c. Dico ꝙ gentes que legem moysi
non habent viuētes ſm principia iuris natu-
ralis perceperunt fidem et gratiam a deo sine
lege moysi et faciebant legem et dilexerūt deū
super omnia instructi a deo non per demōstra
tiones naturales et hoc intellexit apostolus si
cut patet per glosam. Uult eīn retrahere super
biam iudeorum putantiū gratiam dei vel fidē
excusatur per bonum coniugij: vt tactum est in
argumento nō tamen sic excusatur per illa bo
na opera vel alia quin sit vel nata sit esse cau
sa peccati anima sibi infusa ꝛ cōiuncta. ꝛ ideo
inq̄tuȝ ad culpam idem est inter cōiugatos ꝓ
pter bona coniugij tm̄ cōuenientes ac si nulla
in actu coꝝ foret concupiscentia mala q̄tū ad
hoc scilicet ꝙ ex concupiscentia illa nullam cō
trahunt maculam vel culpam nō tamen perin
de est quantū ad effectum sequētem ex concu
piscentia. ꝛ ideo nō sequitur q̇n paruulus cum
hmōi concupiscentia ꝓpagatus contrahit pec
catum originale. *Ad sextum* Ad sextum cum dicitur vo
lo ꝙ deus mūdificet materiam ad receptionē
anime vt nulla sit in ea feditas admixta. ꝛ cuȝ
additur ꝙ cū hoc stat ꝙ nulla infundatur gra
tia in animā in sui coniunctione. loquendo de
gratia gratum faciente. concedo ꝛ vltra conce
do ꝙ tunc alijs paribus talis paruulus nulluȝ
contraheret originale: quia tunc nihil esset cau
sa alicuius talis peccati. Et cuȝ arguitur ꝙ sic
quia si talis decederet ante omnē gratiā ꝛ sine
omni peccato puniretur eternaliter pena dam
ni. Hic respondeo ꝛ dico quicquid cōtingeret
de tali. quia vtrū sic decederet vel non incertū
est. sed tamen quicquid verum foret de suo ꝓ
cessu. dico ꝙ in illo casu nō foret debitor mortꝭ
vel dato ꝙ foret debitor mortis ꝓpter penam
peccati p̄mi parentis quod nō credo. Dico ꝙ
nō damnareť. quia si careret perpetua visione
beatifica sicut nō: tamen talis carentia non fo
ret sua damnatio sicut angelis qui steterunt: si
deus nō contulisset eis aliam gratiā q̄ᷓ in crea
tione acceperūt nō fuisset eis dānatio: tunc ca
rentia visionis quā nunc habent. Ita dico ꝙ
si puulus ille in illo casu posito sine gratia dece
deret nec mors nec carentia visionis foret sua
dānatio: q̄ nō dānareť quosi ꝓpter suam cul
pam. Estimo tm̄ cū nullus sit creatus nisi ad be
atitudinē ꝙ si talis decederet vt positū est nō

eternaliter careret visione beatifica: nec hoc ꝓbat aliqua auctoritas quã vidi vel audiui. Sed tunc ꝯ͂ hoc directe videtur esse aliud argumentũ cum dicitur si materia foret sic mundata adhuc maneret obligatio ad iusticiã originalem. Sed priuatio iustitie originalis stat cũ mundicia carnis. ergo non causat͛ talis priuatio ex immundicia carnis cuius oppositũ dicitur Hic dico ꝙ si materia foret sic mũdata adhuc maneret obligatio ad iusticiã originalẽ ⁊ ideo nego assumptũ ꝙ priuatio iustitie originalis stat cum mundicia carnis ⁊ hoc omĩbus alijs stantibus de cõmuni lege exceptis his que ponuntur in casu. Nõ enĩ stat cum cõmuni lege ꝙ caro sit munda ab omni macula ⁊ ꝙ anima de nouo creata et infusa sit priuata originali iustitia. bene tñ possibile est ꝙ non obstãte macula carnis deus infundet anime in sua origine aliquã gratiam ⁊ cum hoc ꝙ nullã sibi imputet culpam. hoc stat cum mũdicia carnis et cum immũdicia carnis. Sed dico ꝙ alijs paribus si de⁹ mũdet carnẽ ab omĩ macula ⁊ infundat ei animã de nouo creatã necessario illa anima habebit iusticiam originalem. Et tũ arguitur ꝙ non: quia iustitia originalis nõ est aliqua qualitas carnis. nec aliq̃ qualitas sequẽs complexionẽ carnis: cõcedo ꝙ non est aliqua qualitas carnis nec sequens cõplexionem carnis tanꝙ̃ sit in carne: sed dico ꝙ ipsa est aliqua qualitas in anima que ex carne habet ꝙ sit iustitia: et similiter ex carne munda haberet aliq̃liter ꝙ foret iustitia sicut dicetur postea. Et tũc vltra cum infertur tunc posset aliquis habere iustitiam ex naturalibus ⁊ per consequẽs saluari posset. concedo ꝙ aliquis ex naturalibus non maculatus posset habere iustitiam originalem: sic enĩ omnes paruuli habuissent si primus parens non peccasset: sicut vult Anselm⁹ primo cur deus homo capitu. xviij. s͛ nõ sequit͛ ex hoc ꝙ naturalia sufficerent homini ad salutẽ quia talis iustitia originalis non sufficit ad meritũ vite eterne.

Ad octauum

Ad octauũ cum dicitur talis concupiscentia nullo modo vitari potest ab aliquo paruulo. ergo non est sibi imputabilis: nego consequẽtiã. sicut enim dictum est. cõcupiscentia in anima paruuli est iniustitia et ex hoc ꝙ iniusticia est imputari debet ad culpã saltem digna est imputari. Et si dicatur ꝙ nõ videtur quõ nõ posset eẽ iniustitia nisi foret ex voluntate hoc est falsum. sicut enim iustitia est virtus quam solus deus in mente operatur. vt dicit magister libro scđo disti. xx. capi. ij. Ita iniustitia potest esse in anima alicui⁹ absq̃ hoc ꝙ proueniat ab eius voluntate vel a motu sue voluntatis ⁊ hoc maxime verum est in his qui nati sunt accipere ab aliquo tam iusticiam ꝙ iniusticiam ⁊ habiles fieri iusti vel iniusti cuiusmodi sunt paruuli.

Ad nonum

Ad nonũ. cũ dicit͛ culpa originalis aut ꝯtrahit͛ naturaliter aut volũtarie. Dico ꝙ põt dici ꝙ ꝯtrahit͛ naturalr̃ ꝓ tãto. quia contrahit͛ per naturalem ꝓpagationẽ sed hoc nõ est ex p̃ma ꝯditione nature. sed ex p̃uaricatione ⁊ potest dici ꝙ contrahitur voluntarie: nõ quia contrahitur ꝑ voluntatem paruuli actualem sed p̃mi ꝑentis sicut dicit magister libro. ij. sentẽ. ⁊ tunc non sequitur. ꝯtrahit͛ naturaliter. ergo non est imputabile ad culpã: quia naturale est tali peccato ꝙ cõtrahitur naturaliter isto modo quo dictum est. sicut naturale fuisset iusticie originali eo modo contrahi ⁊ ex hoc nõ sequitur ꝙ nõ sit imputabile: quia vt dictũ est ex hoc ꝙ est iusticia vel iniusticia ẽ laudabilis vel vituꝑabilis.

De traductione pcti originalis

Modo restat videre quõ peccatum originale a ꝑentibus traducatur in ꝓlem. vnde videbatur quibusdam impossibile ꝙ peccatum tale traducatur sicut iuliano: pelagio: ⁊ coꝝ sequacibus.

Opinio

Alij autem ad saluandũ peccatum ponebant ꝙ sicut caro paruuli traducitur a parente: ita anima traducitur ab anima. ⁊ ita cũ traducitur anima traducitur tale peccatum. Ista opinio fuit multũ famosa apud aliquos: ⁊ videbatur necessaria ad saluandum peccatum originale: sicut videtur augustinus innuere in m̃tis locis. Hec tamen opinio videtur esse contra intentionem ⁊ sententiam doctoꝝ ⁊ totius ecclesie. Dicit enĩ magister libro. ij. distin. xviij. caplo vltimo sic. Catholica ecclesia nec sil͛ nec ex traduce factas animas docet: sed in corporibus per totum seminatis ⁊ formatis infundi: ⁊ infundendo creari: ⁊ allegat augustinũ de ecclesiastic̃ dogmatibus. ⁊ hieronymũ in auctoritatibus illi⁹ epistole que dr̃ dyalogus Hiero. ⁊ augu. Sed ad hoc respondet quidam sic: ꝙ traductio accipit͛ dupliciter. ꝓprie ⁊ improprie. Proprie sumit͛ ꝓ generatione animatoꝝ ꝑ decisionem seminis ⁊ sic loquendo ad hoc ꝙ anima dicatur fieri ex traductiõe oporteret ꝙ decideret͛ in semine ⁊ fieret ex p̃iacenti materia ⁊ ex anima generantis. ⁊ isto modo non fit anima ex traductione. xxxij. q. ij. qđ vero. in glo. ⁊ sic loquẽdo intelligit magr̃ vbi allegatur. Alio modo sumitur traductio iproprie qñ aliquid generatur a suo simili absq̃ tali decisione sicut ignis gñat͛ ab igne: ⁊ iste modus dat͛ ꝑ beatũ augustinũ ⁊ thomã super quartũ sententiaꝝ. di. xvij. ⁊ isto mõ potest ꝯcedi. ⁊ debet ille magister ꝙ anima filij sit ex anima parentis: nõ tñ de substãtia carnis nec de alia materia. cõtrahitur enim sic vt dicat ꝙ deus p̃ter aĩas p̃moꝝ ꝑentũ nullam deinceps

creauit: nec fecit ꝓprie loquendo sed formata in vtero matris anima generatur et anima si-cut de alijs agētibus naturalibus videmus ꝙ cum materia fuerit disposita ad receptionē for-me ⁊ agēs fuerit approximatū inducit formaꝫ silēꝫ sue forme. sic ē de inductione aīe. ⁊ ꝓ ista pōne multas adducit euidētias ⁊ ꝓbat ꝙ deꝰ nō creat aīas: nec de nihilo: ⁊ hoc semel impro-bato cū illa via sit maxime improbabilis relin-quit̃ h̃ positio dicta. [Arguit pro opi.] Arguit ꝑmo ꝑ auctoritatē Geñ. caplo. ij. vbi dicitur. Requieuit deus die septimo ab omni opere ⁊c̃. sicut dicit augꝰ. ad Horosium. q. xli. sic. Requiescere dicit̃ deus a ꝯdendis nouis creaturis: ꝙ post editiōem. vi. dierū nullā deinceps condidit creaturā. Idēꝫ vel ꝯsimile dicit. iiij. super Geñ. ad lr̃am. cap. iij. ⁊ iiij. Si dixerimus deum nouas aīas nūc creare. Cauendū est ne frustra scriptura tā di-ligenter cōmendet sex diebus ꝯsūmasse oīa opera sua. Et si dicat̃ ꝙ hec intelligenda sunt sic ꝙ deus post illos sex dies nō fecit aliqđ no-uū genus creature. [Cōtra rationem] Contra arguit magister ꝙ deus multa genera animaliū postea fecit que tunc nō erant nisi in rebus seminalibus cuius-modi sunt animalia que generant̃ ex putrefa-ctione: de quibꝰ lib. ij. dis. xvi. Similiter exodi ꝑmo dicit̃ ꝙ omnes aīe iuste que egresse sunt de femore iacob ⁊c̃. Ubi videt̃ ꝙ anime tradu-cantur a parentibus. Preterea beatus Augu-stinus. x. super Geñ. queꝫ adducit magister ad [Secundo] partem istam: vbi dicit magister ex capitulo. [Tertio] iij. illius libri. Similiter Cassiodorus libro de anima capitulo. ij. est istius opinionis: vt dicit magister. Imaginatur eīm ꝙ omnes anime ꝑ-ter animā christi ⁊ ꝑmoꝝ parentum sūt tradu-ete quodā modo: videlicet ex anima parētum. Ubi ostēdit ꝙ anima christi non habuit origi-nale peccatum. ⁊ ratio est: quia non fuit ex tra-duce. vbi ait sic. In hunc locum tenor disputa-tionis nos ꝑduxit vt animas reas per tradu-cē peccati diceremus. vbi vult vt expresse di-cit magister ꝙ anima nō esset rea peccati origi-[Quinto] nalis nisi esset ex traduce. Item ad hoc est vt dicit aldredus abbas in dialogo suo de anima libro ꝑmo circa finē. vbi vr̃ approbare positio-nē que dicit animas filioꝝ esse a parentibus ⁊ non a deo de nouo creatas. ⁊ ratio sua est. Si anime nō sunt ex traduce quomodo peccaue-runt omnes in adam: vbi scđm carnem tm̃ fue-runt ⁊ caro sine anima peccare nō potest: ⁊ cuꝫ nouas deus creat animas absit vt eas crearet peccatrices. Item idem vult Augustinus in dyalogo de anima inter ipsum ⁊ hieronymum ⁊ etiam in libro suo de origine anime: ⁊ est ad hieronymū ⁊ in omnibus alijs locis in quibus loquitur de materia ista videtur plus fauere il-li opinioni que dicit animam esse ex anima et non de nouo creari. Item ad hoc est dam̃. in fine libri sui qui vocatur centum heres̃. Ubi ex-presse vult ꝙ deus dedit potentiā homini ge-nerandi sibi simile sicut arbores et herbe ⁊ ani-malia aliqua sine aliquo extrinseco inducēte formam sibi vltimā generant sibi similia. Itē [Quinto] homo est animal maxime perfectum. ergo sibi competit maxima perfectio naturalis sicut ha-betur in prologo meta. tunc vnūquodꝗ perfe-ctum est cum potest generari suum simile ⁊ eti-am alieres naturales hoc possunt sicut herbe et plante sicut habetur in geñ. que in se habent semen suum ergo ⁊c̃. [Confirmatio] Item quia inductio forme vltime est proprie generatio ergo si de se inducit deus formam vltimam hominis et ho-mo solum disponit materiaꝫ verius diceretur ꝙ deus generaret omnē hominem ꝗ̃ ꝙ hō ge-nerat. [Sexto] Item in omni generatione vniuoca ge-nerans dat speciem suo generato ⁊ agens prin-cipale ⁊ finis generationis vt habetur secun-do phisicorū ⁊ in parte a ꝯmētatore in. viij. cō-tra auicē. et cum generatio hominis sit gene-ratio vniuoca ⁊ homo habeat speciem ex ani-ma sua videtur ꝙ anima filij fit ex parentibus

Preterea nullū inconueniens sequitur po-nendo animam ex anima generari quin con-simile sequitur ponendo ꝙ alia animalia sibi generant simile nec aliqua auctoritas expresse obuiat vt patet per Augustinuꝫ vbi prius. x. su-per geñ. ergo illud ponere est catholicuꝫ. proba-tur consequentia libro scđo distin. ij. capitulo. Sed cum alius. [Septimo] Item arguitur sic. Si ani-me creantur a deo ex nihilo tunc filius contra-hit carnem et non animam a parentibus ⁊ tūc cum peccatum non sit in carne sequeretur ꝙ fi-lius non contrahit peccatum originale quod est falsum. consequētia probatur ponat̃ ꝙ deꝰ creet materiaꝫ in omnibus similē materie que est in muliere et ꝙ infundat animam vtrique materie tunc si vna contrahit peccatum ⁊ alia. patet consequentia. quia oīa sunt paria in vtraꝗ materia. Sed anima infusa in materia noua de nouo creata non contrahit peccatum quia nunꝗ̃ fuit debitrix iustitie nec in se nec in suis parentibus ergo nec in se nec in alio potu-it vitare peccatum. ergo nullo modo contrahit peccatum. Idē argumentuꝫ est posito ꝙ deus subito annihilaret materiam sic conceptam et dispositam īmediate ad receptionem anime et crearet ibi similem materiam in toto et infun-deret aīaꝫ in illa materia tūc filiꝰ natus nullū

hiet pctm̄: q̄ qđ hiet imediate a deo hiet. ḡ eadem ratione nec filius conceptus ex semi materia si deus infunderet animam. hanc rati onē vt dicit magister ponderant doctores pre dicti videlicet beatus Augusti.x. super geñ. et Cassiodorus De anima capitu. ix. et aldredus abbas ergo ⁊c̄. Preterea supposito ꝙ cum

Nono

materia fuerit in vtero disposita ad susceptio nem anime ꝙ deus non infundat animaȝ sed permittat eam crescere ⁊ augeri scd̄m suaȝ na turam. sicut enim prius crescebat ex aliqua vir tute intrinseca ita ⁊ tunc cresceret ⁊ tunc cum materia illa haberet formam corporis huma ni lineamenta ⁊ quātitatem et etatem qua na turaliter exiret nō est dubiū quin natura expel leret illam materiā ⁊ esset viuum vt prius viue bat ⁊ per consequens foret animal habens in toto formam hominis saltem corporalem et figuram qualem homo habet ⁊ tamē foret ani mal irrationale. Tunc si ex consequēti. deus in funderet in illud aīal aīam rationalē tunc qđ prius fuit animal irratiōale modo fieret homo quod est falsum quia animal quod prius fuit non est corruptum sed adhuc manet ⁊ non est homo sed est pars hominis tantuȝ. Item vo

Decimo

lo ꝙ deus auferat illam animam humanam tunc maneret animal illud viuū vt prius ⁊ per consequens nunc ad ablationē anime intelle ctiue non sequitur quin corpus hominis pos sit mouere se et omnia facere preter ea que spe ctant ad naturam anime intellectiue et ita posset comedere ⁊ omnia facere in quibus cō municamus cū brutis quod est falsum. Itē

Undecimo

si de nihilo deus crearet animas filiorū sequi tur ꝙ anime eorū non haberēt peccatū in pri mo instanti sui esse vel deus est auctor pecca ti quorū vtrumqȝ est falsum. cōsequentia ꝓba tur per modum arguēdi magistri libro scd̄o dist. iij. cap. alijs videtur. Ubi probat ꝙ angeli non fuerūt creati mali aliter deꝰ fuisset au ctor illius malicie. Dicit enim magister non po tuit creator optimus auctor mali esse ⁊ ideo to tum bonum erat quoniam ex ipso totum erat. ergo similiter erit de anima in creatione prima ex quo totum est a deo ergo tota bona est ⁊ nō mala ergo non habet peccatum. consequentia

Duodecimo

patet vt de angelis. Item capi. scd̄o ipa ni hil agit in anima nihil ergo aufert ab anima: anima ipsa consentiendo carni nec delectādo sibi peccat. ergo nullo modo anima contrahit peccatum. consequentia patet quia ipsa aīa nec in se nec in aliquo alio vnꝙ̄ habuit iustiti am. ergo priuatio iustitie in ea nō ē plus pctm̄ ꝙ̄ si foret creata ⁊ non infusa corpori. Item

Tredecimo

si aliquis homo infunderet corpori animam ex qua infusione haberet anima peccatum tunc illo homine foret anima deterior. Sed cū nullo sapiente fiat hō deterior. ergo a multo fortio ri deo auctore non fit homo deterior. Si tamē infunderet sic animam ex qua infusione seque retur ipsaȝ habere culpam: sequitur ꝙ deo au ctore fieret hō deterior. Ultimo sic. Non est du

Decimoquarto

bium quin deus posset dare homini potentiaȝ et virtutem talem qua homo posset producere sibi simile: sicut est de alijs animalibus. nec ali cubi in sacra scriptura inueni quin sic fecit. pa tet hoc quia aliter beatus Augustinus non di xisset ꝙ nunꝙ̄ potuit aliquid liquide diffinire de hac materia. et per consequēs incertum est in scriptura quomodo inducitur anima. ergo cum non sit alia ratio quare homo non potest generare sibi simile sicut aīalia alia nec opor tet ponere datorem formarū sequitur vt vide tur ꝙ aīe ducantur ex traduce. Iste sunt ratio nes ⁊ motiua que opinās inducit pro positiōe

Contra opinio.

sua. Sed apparet mihi ꝙ hec positio sit dam nata in sua forma vel saltem ꝙ iuxta sententiā et intellectum doctorū sit eadem cum illa que damnata est. dicit enim ꝙ aīa fit ex traductio ne: sed improprie: quia non descenditur cum se mine et in semine nec fit ex preiacenti materia et isto mō vt dicit negat̄ fieri ex traductione. xxxij. q. ij. ꝙ vero. in glosa. Ubi dicitur sic. Qui dam heretici dicunt animam creari ex tradu ctione: id est ex preiacenti materia et ex anima generantis et nasci cum corpus nascitur. posi tio ista nō discrepat ab illa positiōe quaȝ glosa hereticā vocat nisi in hoc ꝙ hec non dicit fieri animam ex materia neqȝ nasci cō corpore. Sȝ ista diuersitas non est in sententia sed in ver bis tantū: Tum quia doctores idem intēdunt per vnam ⁊ per aliaȝ. dicunt enim doctores ꝙ ista positio est heretica et damnata que ponit animam fieri ex anima sicut corpus ex corpore sicut expresse dicit magister sententiaruȝ libro scd̄o. distin. xxxi. capitulo primo dicens sic. Pu tauerunt quidam scd̄m animam trahi origina le peccatum non solum scd̄m carnem sed ani mam ex traduce arbitrati sunt esse. sicut enim in generatione prolis de carne paterna substā tialiter trahitur caro: ita etiam de gignēte ani ma: anima geniti essentialiter educi existimat: et sequitur. hoc autem fides catholica respuit ⁊ tanquā veritati aduersum damnat: que non animas sed carnem solum ex traduce admittit Expresse itaqȝ dicit magister non solum illam opinioneȝ que ponit animam fieri ex carne et descendi cum carne esse hereticam: sed etiam illam que ponit animā fieri ex aīa. hoc autē dicit hec opinio expresse. Item in dyalogo

illo qui dicitur Hieroni. et Augustini et ponitur inter ep̃las Hiero. et reprobat h opinio sub sua forma q̃ ponit aiaʒ esse ex aĩa vt corpꝰ de corpe. Et ꝙ non aliud intellexerunt illi quorũ opinio damnata estꝙ hec positio dicit manifeste patet ex hoc quod ibidem dicitur. dicitur eniʒ sic. Animaʒ ex traduce fieri est animã ex aĩa nasci vt corpus ex corpore. Ubi expresse patet ꝙ hec positio in sua forma damnata est q̃ ponit animam nasci ex anima sicut corpus ex corpore hoc autem nõ ponit ista positio sed tantũ animam nasci ex anima. Si dicatur ꝙ nõ ymmo illa sola damnata est que ponit animã nasci ex anima sicut corpus ex corpore nascitur.

Euasio

Reprensio

Hoc autem non ponit ista positio. Istud nihil est: quia ex hoc damnata est ꝙ ponit animã eẽ ex anima et non creari ex nihilo. patet hoc quia est contra fidem. vt patet in eadem glosa quaʒ pro se allega. xxxiij. questi. ij. ꝙ vero vbi dicitur sic ꝙ fides nostra est ꝙ quotidie deꝰ nouas creat animas et creando infundit. Ex quo apparet ꝙ opinio ista est contra fidem nostraʒ. Itẽ ꝙ quotidie sic de nihilo creantur et per ꝯsequens vna non fit ex alia habetur expresse super illud Psalmi. xxxij. qui finxit sigillatim corda eorum Ubi glosa interli. exponit illam litterã et tandem exponens ad litterã dicit sic glosa. finxit corda id est creauit animas sigillatim. i. singulas per se ex nihilo non ex adam vt quidam dicunt putantes animam ex anima esse et est in glosa Hieroni. super psalterium. Ex quo apparet ꝙ hec opinio in sua forma falsa est et eius contraria vera. Iteʒ scd̃m istam positionẽ anima filij que fit ex anima parentis haberet peccatum in se ex hoc ꝙ fieret ex anima parentis absq; hoc ꝙ tale peccatum contraheret ex carne sicut patʒ quia ideo ponitur ꝙ fit ex anima scilicet ꝓpter peccatũ originale vt allegat magister in argumento scd̃o prius facto: sed cõsequens est falsuʒ quia peccati causa ex carne est nõ ex anima fm Ambrosiũ de verbis apostoli et ponitur in glosa ad Ro. vij. super istã litterã cõdelector legi dei fm interiorẽ hominẽ. vbi dicit sic. Non habitat peccatũ in anima sed in carne: quia peccati causa ex carne est non ex aĩa quia caro est ex origine carnis peccati et per traducem omnis caro fit causa peccati anima vero non traducitur et ideo in se causam peccati non haberet. Ad idem est auctoritas Augustini expresse in quadam home. de verbis apostoli et ponitur in glosa ad Roma. vij. super illud Scio ꝙ non habitat in carne mea bonum vicium concupiscentie est quod anima non ex se sed ex carne contrahit. et vtraq; auctoritas ponitur a magistro libro scd̃o distin. xxxi. capi. iiij.

Simuliter ex hac positione sequitur ista quam ipse cõcedit esse damnatam ex testimonio glose. xxxij. q. ij. ꝙ vero. videlicet ꝙ anima fiat ex preiacenti materia quia arguo sic. quia si aĩa filij fiat ex anima parẽtis aut de aliquo aut de nihilo: non de nihilo quia tunc crearetur et nõ ꝯtraheret culpam scd̃m hanc positionẽ. Si fiat de aliquo. ergo fit de substantia anime parẽtis aut de substantia carnis. Non de substãtia anime parentis quia tunc aliqua pars anime descenderet que fieret anima filij sicut caro descinditur a parente que fit corpus filij quod est falsum quia anima est substantia indiuisibilis et non habet aliquam portem vt notũ est. Si fiat de substantia carnis cum hoc dicat positio quã iste magister cum glosa allegata concedit esse damnatã sequerẽtur ꝙ hec positio damnata est et est eadẽ cum illa quam glosa allegata dicit esse hereticam. seq̃retur etiam ꝙ aĩa sic fit de origine carnis et per consequens forma educibilis de potentia materie. cõsequẽtia patet per Augustinũ in libro suo ad renatũ de origine anime. Ubi versus finem eiusdeʒ libri dicit sic. de quo quisq; originem nature sue ducit de illo nature sue genus ducere negari sobrie nullo pacto potest. ergo si anima fiat ab aĩa patris vel matris de substãtia carnis sequeret ꝙ ipsa esset de genere carnis. Ad illud arguitur sic vt prius. anima fit ex anima matris vt dicit hec positio: aut ergo fit de aliquo tãq̃ ex materia aut non: sic tamen ꝙ vel de nihilo vel de ipsa anima matris tanq̃ de materia. Non potest dici ꝙ fit de materia matris tanq̃ de materia quia secundũ eum agens et materia non coincidũt nec fit de carne vt ipse etiam dicit in positione Ex quo sequitur necessario ꝙ fit de nihilo quod est propositũ. Iste modus arguendi habetur ab Augustino ad renatũ contra vincentiuʒ victorem qui ponit animam a deo factã esse et tamen ꝙ non est pars dei nec natura eius: nec etiam ex nihilo est. nec dedit aliq̃d aliud a deo ex quo fit tanq̃ ex materia. Contra quem arguit Augustinus sic. si dicis eam ex nihilo non fieri nec aliquã aliam creaturaʒ vnde facta sit cõmemoras. ergo a deo facta est et nõ nisi ex seipso. ergo ex deo tanq̃ ex materia fit anima quod tamen ipse negas. Sic arguitur in proposito: Anima fit ex anima matris effectiue scd̃m hanc positionem aut ergo fit ab ea tanq̃ ex materia aut ab aliquo alio. Sed ex alio fieri negat hec positio. ergo ex anima matris fit vt ex materia ergo ipsa est pars anime matris Sic enĩ arguit Augusti. Ibidem deducendo ex opinione ꝙ anima fit pars dei. Ideo dico aliter tenendo aliã viam quam doctores dicunt

Cõtra opinionem arguit

Opinio ppria auctoris.

esse catholicam ⁊ fidei consonam videlicet ꝙ anima nullo modo fit ex traduce sed ꝙ quelibet de nouo ⁊ de nihilo creata est ⁊ infundendo creata et creando infusa. et tunc respondeo ad euidentias inductas pro opinione.

Ad primum argu. opinionis precedē.

Ad primum cum dicitur ꝙ deus requieuit a cōdendis nouis creaturis quia post illos .vi. dies nullam deinceps condidit creaturam. Ad illud dico vt ibi dictum est ꝙ habet intelligi sic vt post illos .vi. dies nullum genus creature de nouo creauit ex nihilo. Ita etiam respondetur ad instātiā ibidem factam contra responsionē communem que est ꝙ deus post illos sex dies multa genera animalium condidit quia tunc non erant nisi in rationibus seminalibus vt patet, libro scđo distin. .xv. ⁊ .vi. hoc concedo ꝙ illa genera post sex dies nō creauit ex nihilo: sed potius ex materia quā prius creauerat ex nihilo produxit. Ad aliam auctoritatem exodi primo vbi dicitur ꝙ omnes anime que egresse sunt de femore. Jacob sunt .lxx. illud non videtur facere pro eo cum ibi sumatur anima pro toto cōposito ex corpore et anima. Iste enim est modus loquendi scripture sicut dicit Augustinus .vii. de trinita. capitu. .iiii. Ubi dicit sic ꝙ scđm modum scripture nostre tres animas dicimus cum a parte meliori totum appellari placet id est ab anima ex corpus ⁊ animam quod est totus homo. ⁊ sequitur ibidem. ita quippe dictū est in egyptum descendisse cum Jacob animas .lxx. pro tot hominibus. Ex quo apparet ꝙ ex illa auctoritate non sequitur ꝙ anima fieret anima. Sed iuxta litteram magis videtur sequi ꝙ anima fieret ex carne secundū tamē rei veritatem neutrum sequitur.

Ad secundum.

Ad secundum de beato Augustino .x. super geñ. ad litt. dico ꝙ Augustinus ibi recitat duas opiniones et querit numquid alia est alia probabilior ex testimonio scripture ⁊ tandem dicit capitu. .xxix. ꝙ omnia de scriptura possunt sufficiēter tractari quātū ad vtrāq3 opinionem. Hoc tamē saluo ꝙ argumētū de baptismo paruulorū videtur euidentius facere pro ista opinione que ponit animam fieri ex traduce ꝙ pro alia: nec iō tamen dicit opinionē illam esse veram sed pensatis omnibus que inueniuntur in scriptura sacra omnia equaliter vel equaliter sustineri possunt ab vtraq3 opinione. Non mihi occurrit (dicit Augustinus) aliquid de scriptura sacra quod tam videtur accommodatum opinioni de creatione animarum sicut illud de baptismo paruulorum videtur apparenter facere pro opinione alia. Nec tamen ideo intendit dicere ꝙ ad illud nesciat respondere: sed tantum ꝙ nihil in scriptura sacra tā apparēs ē pro opinione de creatione sicut est illud pro alia opinione et ꝙ hec sit eius intentio apparet in eodem libro ca. .xvi. Ubi consimilē sententiam ponens dicit sic hic quid pro sua cā respondere possint: qui secundum scripturas sanctas vel quod apud eas inueniatur vel quod in eis non aduersetur conantur asserere animas nouas non de parentibus tractas corporibus dari nondū me audisse vel quippiam legisse confiteor. Ex quo apparet ꝙ intentio sua sit dicere ipsum nihil inuenisse vel legisse in scripturis sanctis quod alteri opinioni sit tā ꝯsonū sicut illud de baptismo paruulorum est consonum opinioni de traduce animarum. cum hoc tamen stat ꝙ satis probabiliter possit ad illud respondere scđm aliā opinionem ymmo credo firmiter ꝙ Augustinus alibi fuit alterius opinionis videlicet que ponit creationem animarum. Non enim credo eum finaliter hesitasse de illo cum illud videatur seq̄ ex dictis suis. quia cū aīa nō est corpus sicut liquet ex his q̄ ipse tractat in diuersis locis et specialiter de origine anīe ꝯ vincentiū victorē libro scđo Ubi specialiter versatur circa ꝯclusionē illam ⁊ probat ꝙ nec est corpus nec forma educibilis de materia. illud sequitur ex dictis suis de quantitate anime ⁊ de eius immortalitate et quasi vbiq3. Nec etiā credo ipsum opinatū fuisse animam prolis descendi ab anima parentis sicut caro prolis descenditur a carne parentis cum anima sit substantia simplex indiuisibilis scđm partes. Nec iterū credo eum voluisse ꝙ anima filii foret ex anīa parentis de nihilo tamen tanq̄ de materia quia tunc fuisset creata vt ipsemet arguit sicut dictum est prius in argumento septimo contra positionem. Ex quo videtur sequi necessario ꝙ ipsa creata est de nihilo a deo solo. Similiter ꝙ hoc idem aliquando intellexit videtur ex hoc ꝙ ipse opinatur de traductione peccati originalis a parētibus in prolem. Videtur enim vbiq3 dicere ꝙ anima paruuli non trahit peccatum originale nisi ex carne. Si tamen anima prolis fieret ex anima parētis sicut caro ex carne tunc multo magis verisimile foret ꝙ ipsa anima filii traheret peccatū immediate ab anima parētis q̄ ab ipsa carne decisa: presertim cum opinetur ipse ꝙ corpus nihil omnino agit in spiritū vt alias allegaui de multis libris suis. Nunc autē non est dubium quin ipse velit peccatum originale solum traduci per carnem sicut ⁊ ceteri doctores autentici: hoc enim apparet contra Julianū de nuptiis ⁊ concu. ⁊ de baptismo paruulorum et superius allegaui dictum suū argumento .vi. Nec credo ꝙ aliq̄s qui viderit libros eius in q̄bus de hac materia tractat negabit q̄n ipse velit vtiq3

maculam originalem solum per carnem traducat: quod tamen non esset verum nec oporteret si anima fieret ex anima ad intellectum datuz. Ideo credo Augusti. hoc aliqñ sensisse licet illud expresse non inueniat in scripṫ ei⁹. Similiter illa opinio que dicit omnes animas ex vna fieri nõ placet Augusti. nec oportet ita dici ad saluanduz ꝙ omnes homines in peccato nascuntur: ymmo alia opinio que dicit omnez animam creari de nouo si eidem articulo non repugnaret opinio me sibi placeret. ergo cum secundum rei veritatem illud dictũ eidem articulo non repugnet: videtur scd̃um ipsum ꝙ ipsa sit ꝑeligenda. antecedens apparet in epistola augustini ad Hieronimũ de origine anime. Ubi dicit sic. hoc certe sentio ꝙ singulas aĩas singulis nascentibus etiam deus modo faciat et sequitur. Ecce volo vt illa sententia etiaz mea sit: sed nondũ esse confirmo. ⁊ tunc bene post sequitur versus finẽ epistole. damnari animas si de corpe exirẽt sine baptismo sancta scriptura et sancta est testis ecclia. Unde illa de animarum nouarũ creatione sententia si hanc fidez fundatissimã non oppugnat sit et mea. si oppugnat non sit etiã tua. Et post modicũ ante finẽ sequitur Illã vero opinionem ꝙ ex vna fiant omnes anime nõ discutere volo nisi necesse sit. atq; vtinã ista de qua nunc agimus si vera est abs te defendatur vt hoc necesse iam nõ sit. Ex istis iaz omnibus apparet ꝙ opinio illa de creatione animarum optime sibi placet dũmodo hoc non repugnet traductiõi peccati originalis: nec alia sibi placeret nisi oporteat eaz ponere ad hoc sustinendũ: sed satis planuz est apud doctores autenticos ⁊ modernos ꝙ creatio animarum de nouo non repugnat traductioni peccati originalis. vnde hoc etiam videtur sequi saltem bene posse saluari ponendo vt augustinus ponit scilicet ꝙ illud peccatuz traducatur per carnem. ergo ipsa est preferenda etiã scd̃m Augustini sententiam. Per hec patet responsio ad tertiũ ⁊ ideo credo magis hoc fuisse de intentione Augustini licet expresse non asseruit. dixit tamẽ se non inuenisse ad h̃ auctoritatem sacre scripture expressam et nihil aliud intendit ipse. x. super gen̄. vt dictum est. Ad quartum cum dicitur ꝙ cassiodorus videt̃ fuisse istius opinionis libro suo de anima capit. ix. Ubi oñdit. ꝙ omnes anime preter animaz christi ⁊ primorũ parentũ fiunt ex traductione ⁊c̃. Salua reuerentia magistri cassiodor⁹ videtur esse directe contrarie opinionis. Ibi enim recitat vnam opinionẽ que ponit animas creatas corporibus dari: aliã que ponit animã generari ex aĩa. ⁊ dicit ꝙ secunde opiniõis motiuũ fuit originale peccatum: quia scilicet non videtur quomodo infans qui peccandi nõ habet voluntatem reus debeat inueniri nisi aliqua ratione ex ipsa origine animatiz culpa videatur esse transfusa. ⁊ modico post tũdere videtur vbi dicit sic. Hoc autem veraciter fideq; credendum est ⁊ deum animas creare occulta quadam ratione et iustissime illis imputari ꝙ ꝑmi hominis peccata teneãtur obnoxie. Melius est enim in occultis cõfiteri ignorantiam q̃ periculosam assumere audaciam. Cum dicat apostolus quis cognouit sensuz domini aut quis consiliarius eius fuit. Ubi expresse fatet̃ credendum esse deum animas creare licz ignoratur quomodo sic create contrahunt peccatũ originale. vnde nec hoc quod magister allegat pro se facit aliquid contra istum sensum. dicit enim sic Cassiodorus. in hunc locum tenor disputationis nos perduxit vt animas reas ꝑ traducem peccati diceremus. Qui si dixisset animas reas ꝓduci per traducẽ animarũ tunc colorem habuisset auctoritas scd̃m opinionem magistri. S; quia dicit per traducem peccati nõ videtur esse aliquo modo opiniõis ꝙ peccatũ traduci potest ⁊ si anima non traducatur vt dicit alia opinio ⁊ Cassiodorus ibidez innuit vt allegatum est ⁊ nõ est intentio Cassiodori vbi allegatũ est magis ꝓ opinione ꝯtra q̃ pro sua positiõe. Ad auctoritates Augustini patet responsio supra. Ad aliud cum arguitur homo est animal maxime perfectũ. ergo sibi ꝯpetit maxima perfectio animalis: concedo ꝙ homini cõpetit maxima perfectio animalis quia nulla ꝑfectio creata competit alicui animali sicut homini competit: ⁊ concedo ꝙ homo potest generare sibi simile non tamen sic ꝙ possit inducere formam vltimam quia forma vltima hominis non est educibilis ab aliqua materia ꝑ aliquã potentiam creatam. Sed ideo dicitur posse generare sibi simile q: potest disponere materiã tali dispositione que non potest causari nisi a suo simili nec potest similiter perfici nisi habita forma humana ⁊ hec est maior perfectio q̃ aliqua ꝑfectio alicuius aĩalis alterius speciei non tamẽ potest perficere materiã tali perfectione que sit perfectio sufficiens et dispositio ꝯueniẽs forme immateriali. Similiter sicut dicit dominus Albertus libro primo de origine anime capitu. vi. Ubi dicit sic ꝙ licet dispositiões prime anime intellectiue ducantur de potẽtia materie virtute formatiua que est gutta pr̃is ⁊ matris: hec tamẽ virtus formatiua non educeret eas hoc modo pro vt scilz potentia rõalis ⁊ intellectualis forme existũt nisi sm̃ ꝙ ipsa formatiua nõ formant̃ ab itellectu vliter operãte

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

in operatione generationis. Ex quo sequitur ꝙ tales dispositiões causari in materia sit maioris perfectionis ꝙ sit perfectõ alicuius alterius vegetabilis. vnde non sequitur ꝙ homo sit imperfectior ceteris rebus que possunt inducere formam sue speciei vltimaȝ. sed magis sequitur oppositum. Et tunc ad confirmationē quando sic dicitur. Si deus inducit formã

Ad cõfirmationē

vltimam ⁊ homo disponit materiam. ergo verius diceretur ꝙ deus generaret hominem ꝙ homo. Illud non sequitur. quia generare proprie est materiam descindere ⁊ infundere. Similiter deus facit animam ſ de materia ideo nõ potest dici ꝙ generat hominem. homo autem tantum facit ad generationem quantũ ꝑ transmutationem materie potest fieri in generatione ⁊ ideo vere dicitur ꝙ homo generat ⁊ non deus.

Ad sextum

Ad aliud cum dicitur in omni generatione vniuoca generans dat speciem suo generato nego. concedo tamen ꝙ generatio hominis est vniuoca. ⁊ ꝙ agẽs scilicet ipsuȝ generãs cõmunicat speciẽ cum generato. ⁊ ex hoc non sequitur ꝙ anima habet fieri a parentibus et quare generans non dat speciem generato in specie hominis. causa est quia vltima forma hominis non est educibilis de potentia materie sicut est in omnibus aliis generationibus. ideo argumentum non procedit.

Ad septimum

Ad septimũ cũ dicitur nullum incõueniens sequitur ponendo animaȝ generari ex anima illud nego. quia etiam ex hoc sequeretur ꝙ ipsa tota anima parentis transfunderetur in animaȝ prolis quod est incõueniens. vel ꝙ anima foret educibilis de potentia materie quod est etiam incõueniens vel ꝙ aliqua pars parentis transiret in animã prolis ⁊ ita anima parentis foret diuisibilis et haberet parteȝ extra parteȝ quod etiam est inconueniens. Similiter ꝙ ipse dicit ꝙ nulla expressa auctoritas obuiat. Illud nego. Quia si nulla auctoritas in canone biblie expresse obuiat: alii tamen doctores vt allegaui satis expresse obuiant.

Ad octauum

Ad aliud sic cum dicitur. Si anime ex nihilo crearentur tunc filius solum trahit carnem a parentibus concedo ⁊ cum dicitur ꝙ cum peccatum originale non sit in carne sequeretur ꝙ filius non trahit peccatum originale a parentibus. nego consequẽtiam. quia licet peccatum non sit in carne per carnem tamen traducitur peccatum originale: ⁊ cum probat ꝙ nõ. quia ponatur ꝙ deus creet materiam omnino similem carni que est in muliere et infundat vtrique animã: admitto et dico ꝙ tũc vna contrahit peccatum et alia non: illa scilicet que est decisa per naturalem propagationem habȝ in se cãȝ macule anime sibi infuse ⁊ alia materia non habet talem maculam: habet tñ vna materia omnẽ qualitateȝ quaȝ hȝ alia vel ei consimilem. et tunc qualitas carnis decise ꝑ naturalem propagationem maculat animam sibi coniunctam ⁊ consimilis qualitas secundum speciem in materia de nouo creata non maculat animam sibi coniunctam. Unde in isto puncto est tota difficultas de peccato originali vel saltem maxima pars eius. Unde dico circa istam materiam ꝙ qualitas ista carnis que secundum magistrũ est causa peccati originalis ⁊ macule in anima non habet ex se ꝙ sit fetida vel ꝙ animã maculet ſ solum quia vitiose non naturaliter causatur in ipsa materia ideo dicitur esse fetida nec foret causa macule in anima: ymmo nec aliquid in anima diceretur esse viciosum vel habitus viciosus ratione illius qualitatis ⁊ ideo si illa qualitas causaretur a deo manifestũ est ꝙ non viciose causaretur ⁊ per ꝯsequens nec animã macularet nec in se macula carnis foret ⁊ ideo anima que tali carni coniungeretur nullã maculam traheret nunc autem consimilis qualitas secunduȝ speciem est in carne decisa per communẽ propagationem sed quia in ea viciose causatur scilicet libidinose cum non possit exerceri concubitus viri ⁊ mulieris sine libidine ⁊ ideo qualitas illa carnis licet non sit vicium: viciose tamẽ causatur ⁊ ideo qualitas illa animam sibi coniunctam maculat. Istud expresse videtur esse de intentione Augustini vbicumque loquitur de tali concubitu ⁊ precipue de fide ad petrum parte prima ante medium vbi sic inquit. Dum sibi inuicem vbi et mulier commiscentur vt filios generent sine libidine non est parentum concubitus: ⁊ ob hoc filiorum ex eorum carne nascẽtium non potest sine peccato esse ꝯceptus. vbi peccatum in paruulos non transmittit propagatio sed libido. Nec fecunditas humane nature facit homines cum peccato nasci sed feditas libidinis. hec est sententia magistri libro secundo sententiaruȝ. Ideo dico ꝙ si talis materia causaretur immediate a deo cuȝ tali qualitate tunc anima filii coniuncta non traheret culpã nec maculam etiã si deus acciperet aliquam materiam talem cum tali qualitate ab aliquo alio homine vel muliere ita ꝙ diuideretur ab ipso homine per potentiam diuinam vel operationem angelicam sine libidine ⁊ vicio nullo mõ traheret aĩa maculam ex coniunctione cum tali carne et ideo non est simile de carne decisa per communẽ propagationem et de carne creata a deo in omni qualitate simili alteri materie et ideo argumentum non procedit.

Simile

Ad nonum ⁊ ad decimum

Ad aliud argu. cum dicitur ponatur

ꝙ cum materia fuerit in vtero disposita ad susceptionem anime ꝙ tunc deus non infundet animã ⁊c̃. admitto ⁊ vltra cum dicitur ꝙ viueret ⁊ cresceret vt prius etiam post expulsionez a matre ⁊ fieret animal irrationale ⁊c̃. Istud non est contra positionẽ nec ad propositũ. Dico tamẽ ꝙ nõ viueret nec cresceret quia nullã haberet animaz: ꝙ autem prius vixit hoc fuit ab anima siue virtute ⁊ potentia vegetatiua matris ymmo data conclusione quaz argumẽtum inducit nihil facit ad positionẽ ⁊ ideo trãseo illud ⁊ argumentum imediate sequens. s.x. quia idem intendunt.

N
Ad vndecimum

Ad aliam cuz dicitur si deus quamlibet animã creat de nouo tunc seq̃retur ꝙ anime coruz habent peccatũ originale in primo instanti sui esse vel ꝙ deus est auctor peccati. Nego consequentiã ⁊ cum arguitur contra per modũ magistri arguẽdi de angelis ꝙ scilicz anima in sui prima creatione tota est a deo. ergo tota est bona ⁊ non mala. Hic dicitur cõmuniter a doctoribus ꝙ omne illud qđ a deo est bonum est: sed anima in primo instãti sui esse trahit a carne habitũ malum qui est peccatum ⁊ non a deo ⁊c̃. Sed istud dictuz verum est si bene intelligatur. Si eniz intelligatur sic ꝙ in instanti infusiõis ipsa caro aliq̃d agat in ipsam animã producendo in eam aliquam formaz que in ea non foret nisi cãretur a carne tunc nõ videtur mihi illud esse verum: quia sicut alias dictũ est ⁊ argumentũ tãgit corpus nihil oĩno agit in spiritũ. Si autẽ sic intelligatur ꝙ aliquid creatum in anima a deo ex sola cõiunctione cum tali carne fiat viciũ illud verum est vt mihi apparet. Unde ymaginor isto modo ꝙ anima quo ad sui essentiã ⁊ quo ad esse positiuũ in se est a deo creata. Sed cuz alio creaco a deo ex consortio carnis fit viciũ cõcupiscentie quod est originale peccatuz ⁊ verisimile est mihi ꝙ illud nõ sit aliud q̃ꝫ appetitus habitualis amministrandi secundũ ea que ipi carni conueniunt. cũ enim anime insit naturaliter appetitus corp⁹ ãministrãdi mãifestũ est ꝙ talis appetitus est inclinatio habitualis ad ea que conueniũt corpori. talis autem appetitus non potest esse alitiuus viciosi quin sit viciosus: necetiaz põt esse q̃n appetitus ipsius anime habitualis sit peccatum. Sic ergo dicitur peccatum esse vel fieri ex carne non quia caro aliquid producat in anima vel in ea aliquid agat sed quia aliquid existens in anima ex coniunctione cũ carne tali viciose propagata viciosum dicitur quia ad vitiuz inclinãs ⁊ sic habit⁹ ille ex se nõ est vitiũ sicut nec q̃litas carnis dicitur esse feditas ⁊ macula anime. quia non potest esse viciose creata ⁊ propagata: ita appetitus aie respectu talis feditatis dicitur esse feditas ⁊ macula anime quia non potest esse appetitus feditatis vel macule quin sit macula. Et ideo ad formam argumenti cuz dicitur

Ad formaz argumenti

Anima in sui prima creatiõe tota est a deo cõcedo: ⁊ cũ arguitur. ergo tota bona est a deo Dico si loq̃mur de bonitate nature totum est verũ. Si autem de bonitate morali: sic dico ꝙ non est tota bona a deo quia non est bona moraliṫ a deo: sed est mala moraliṫ ⁊ hoc a carne. Nec est simile argumentũ de anima cõiuncta tali carni ⁊ de angelo in pma sui creatiõe vel etiam de anima primi hominis ⁊ mulieris in sui prima creatione. quia angelus in sui prima creatione fuit talis precise qualis a deo creatus ⁊ similiter anima primi hoĩs ⁊ prime mulieris: anime autẽ aliorũ non sunt tales precise quales effecte sunt a deo prima creatione. sicut dicit magister libro scđo distin. xxxj. cap. x. ⁊ cã dicta est. q: sicut aliqualis sit ipsa aĩa ex contractu carnis que caro non omnino talis est qualis a deo in principio sui esse effecta est: ita anima ab ipsa carne aliqualis effecta est qualis non fuit a deo q: mõ moraliter est rea peccati. Et per hoc patet responsio ad aliud sequens: cum dicitur. Caro nihil agit in aniam nec peccat condelectãdo vel consentiẽdo carni ergo nullo modo contrahit peccatuz: concedo ꝙ anima nõ consentit carni nec ei condelectatur saltem in paruulis: et etiam ꝙ caro nihil agit in animaz proprie loquendo. Sed non sequit̃ quin anima ex carne contrahit peccatũ sicut dicit magister libro scđo distin. xxxi. capit. iij. anima ex consortio talis carnis maculatur. Et cũ arguit̃ ꝙ anima nunq̃ꝫ in se nec in aliquo alio habuit iustitiam originalẽ: hoc concedo. ⁊ cum infertur: ergo priuatio iustitie originalis in ea nihil plus est peccatuz q̃ꝫ si anima foret creata ⁊ iusticia originalis nõ infusa sibi. nego consequentiã: quia tunc priuatio iustitie originalis haberet causam iustaz quia deũ precise: nunc nõ habet illã cãm sed viciũ libidinis ⁊ ideo nõ est simile.

Ad duodecimum

Ad aliud cũ dicitur. Si vnus homo infunderet corpori animã ex qua infusiõe haberet anima peccatũ tunc illo homine foret aĩa illa deterior: sed tũ nullo sapiẽte fit homo deterior ⁊c̃. Dico ꝙ ille ablatiuus casus absolutus potest exponi per si. per quia. ⁊ per dum. vt videlicet ipsa propositio sit condirionalis causalis ⁊ temporalis. Si sit condirionalis vel causalis nego propositionem. Si temporalis concedo eam. Et eodem modo dico ꝙ homine sapiente auctorẽ fit homo deterior: sed tunc nõ foret sapiens hõ auctor malicie quod intelligit Aug: Nec in ꝓposito de⁹ ẽ auctor malicie vt sic

Ad tredecimum

Ad decimũ quartum

sicut patz ex dictis. Ad vltimum cũ dicitur nõ
est dubiũ quin deus posset dare homini poten
tiam generãdi sibi similẽ. Dico φ homo põt ge
nerare sibi simile nõ tamen potest dare formã
vltimam nec video quomodo deus hoc posset
sibi cõmunicare. Non enĩ video φ sit possibile
hominẽ aliquid de nihilo facere ꝛ ideo cũ ani
ma intellectiua nõ sit producibilis de aliqua
materia nõ videť mihi possibile φ deus posset
homini dare potentiã generãdi formam que
est anima humana. si tamẽ deus daret poten-
tiam producẽdi in esse talem formã tunc dico
φ oporteret φ deus faceret talem formã edu-
cibilem de potentia materie sed φ hoc non sit
verũ de facto liquet ex multis auctoritatibus
superius allegatis. ꝛ ideo ꝛ si deus posset ho-
mini dare potentiam talem: satis liquet φ nõ-
dum fecit. Nunc aũt videndũ foret nunq̃d qui
libet descendens ab adam per propagationẽ
naturalem contrahit peccatũ originale. Sed
tamen ex causa differo vsq3 alias loqui de hoc
ꝛ vado ad argumentum secundũ contra que-
stionem.

Ad secundũ principale

Secundo fuit argutũ

ad principale. Si omẽ peccatum sit imputa
bile ꝛc. tunc peccatum veniale foret imputa-
bile ad culpam ꝛ ita tale peccatum remitteret
in aliquo charitatẽ quia foret alicuius malicie
ꝛ per ꝯsequẽs minus bonus foret quis habito
quocunq3 veniali φ eo amoto ceteris paribus
ꝛc. Ad illud primo videdũ est nunq̃d sit aliqḋ
peccatum veniale. Secũdo quomõ distingui-
tur peccatũ veniale a peccato mortali. Quan-

Opinio quorũdã

tum ad primũ dicunt quidã φ sumendo pecca
tum proprie pro culpa nullũ peccatum est nec
esse potest nisi mortale ita φ distinguendo ve
niale contra mortale nullũ est necesse põt pec-

Probatur opinio primo

catum veniale ꝛ hoc sumendo peccatũ pro cul
pa. Hec opinio multas habet euidentias. pro-
bať ergo primo sic. Pro omni peccato de ꝯdi
gno debeť pena eterna ꝛ separatio anime a vi
ta eterna: ꝛ illa separatio anime a vita pro tem
pore quo nata esset iam habere est mors anĩe
ꝛ nihil separat animã ab illa vita nisi peccatũ.
quia si fiat instãtia de pena purgatorij illa nõ
ꝓprie separat animã ab illa vita sed peccatũ:
ratione cuius ipsa anima ibidẽ detinetur: tunc
arguitur sic. Omne peccatũ separat hominẽ a
vita sua: sed omne tale peccatũ est mortale. er-
go omne peccatũ est mortale. ergo nullũ venia

Secundo

le. Secũdo sic. Omne peccatũ est finite ma
licie tm̃ intensiue ꝛ nullũ finitũ est alio finito
in infinitũ maius: nec aliquod peccatũ quod
non est pctm̃ mortale potest equari pctõ mor-
tali. In quacũq3 enĩ3 ꝓportiõe finita: est dare
vnũ mortale maius alio ꝛ sic de veniali si foret.
q̃ non posset eq̃ri peccato mortali in malicia:
sed hoc est impossibile. ergo impossibile est φ
sit aliquod peccatũ veniale distinguẽdo tpm̃

Tertio

contra mortale. Tertio sic. cũ omne peccatum
sit malũ malicia moris. tunc habẽs peccatum
actuale φtũcunq3 modicũ est magis malus ꝓ
pter illud ꝛ per ꝯsequẽs est minus dign⁹ ꝛ mi-
nus acceptus apud deũ qui nõ est acceptator
ꝑsonarũ: nec errare potest in acceptãdo ꝛ sic ꝓ
pter quodcũq3 peccatũ foret homo minus cha
rus ꝛ minus acceptus deo: sed omẽ peccatum
ꝓpter quod homo est deacceptus deo cũ fuit
acceptus sibi et charus est mortale: cũ peccatũ
veniale nõ sit remissiuũ vel corruptiuũ charita
tis. ergo omẽ peccatũ est mortale. Et in hoc lo-
co loquiť hec opinio cõmuniter quõ dicimus
φ ille qui est in peccato est minus deo accept⁹
q̃ ille qui est in charitate.

Quarto

Quarto sic. Omẽ
malũ est malũ quia prohibitũ vel ideo est ꝓhi-
bitũ quia malum ꝛ sic omne malũ est ꝓhibitũ
ꝛ cũ omne peccatũ sit malũ. ergo omne pecca-
tũ est ꝓhibitũ: sed quilibet faciẽs ꝯtra diuinã
prohibitionẽ peccat mortaliter nisi aliunde ex
cusetur. ergo omẽ peccatũ ex se est mortale: ex
quo indifferẽter de omni peccato ꝓhibetur pec
care indifferẽter ꝛ generaliter de omĩ peccato
debet intelligi preceptũ ꝛ sic omne peccatũ est

Sub alia forma

ꝯ diuinũ preceptũ. ergo ꝛc. Vel sic ponatur φ
deus preciperet alicui φ nullo peccato pecca-
ret tunc quocunq3 peccato peccaret ipse pecca
ret mortaliter ꝛ talis non aliter obligaretur q̃

Sub alia forma

nos mõ de facto obligamur. ergo ꝛc. Vel de
tur preceptũ de nolle peccare sicut dictũ est va
de noli amplius peccare. Sed illud datũ sit in
precepto tunc quecũq3 voluntas peccandi est
peccatũ mortale. Sed modo sic obligamur in-
differẽter ad omne peccatũ vitãdum per pre-
ceptu3 illud noli peccare. ꝛ venerabilis Ansel
mus dicit expresse φ deus p̃cepit nobis ne pec
cemus. ergo quicũq3 homo peccat ipse facit cõ
tra diuinũ p̃ceptũ quod de se est peccare mor-
taliter iuxta illud numeri. xv. verbũ enĩ domini
ꝯtempsit ꝛ preceptũ eius irritum fecit: idcirco
delebitur ꝛ portabit iniquitatẽ suam ꝛ peribit
de populo suo. ergo preceptũ diuinũ indifferẽ
ter obligat sub pena peccati mortalis. ergo ꝛc.

Quinto

Quinto sic. Nullũ est peccatũ nisi in volun
tate proprie loquẽdo ꝛ maxime de actuali ita
φ nunq̃ est pctm̃ actuale nisi consentiẽte vo-
luntate ꝛ libere sed quãdocũq3 volũtas libere
consentit illecebre vel illicite cogitatiõi tũc pec
catum est mortale vt deducit mgr̃ lib. ij. distin.
xxiiij. ergo omne peccatũ est mortale. ꝛ cetera.

Sexto Sexto sic. Illud est vniter et indifferenter verũ de omni pctõ siue magno siue paruo videlicet ꝙ ipso manente pro tũc tõe illius peti est hõis ipsuz indignus vita eterna q̃ est vita aie: ⁊ manẽte illo pctõ dignus est separatione illius vite ratione illius peccati ⁊ quocũq; peccato dato magno vel paruo cũ sua sequela est homo indignus ⁊ nõ acceptus ad vitã eternã ergo. paritas est ex pte omnis peti quo ad separationez a vita: que sepatio est mors anime. licet aliter fit ex parte pene sensus debite iuxta grauitatẽ peccati. ergo indifferẽter debet pro omni pctõ separatio vite ab anima licet magis tñ ꝑ vno puniat vtpote ꝑ homicidio ꝙ̃ pro altero ⁊ sic pro omni pctõ ipso manẽte debet sepatatio vite ⁊ sic si semꝑ maneret peccatũ semꝑ separabitur a vita ergo ⁊c.

Septimo Itẽ arguit sic. Nulla est differẽtia formalis ⁊ essentialis q̃ peccatũ veniale distinguit a mortali. ergo specifice nõ distinguitur. patet assũptũ discurrẽdo per singula ⁊ vltra cũ nihil aliud sit peccatũ mortale nisi omne illud ꝓpter qδ q̃s punit eternaliter in inferno ⁊ talia sunt mortalia magna dicente saluatore. Ite maledicti in ignem eternũ: ergo nullũ est peccatũ veniale distinguẽdo veniale ɔtra mortale. Propter hec argumẽta videt q̃busdam ꝙ nulla sunt peccata venialia. Sed omne pctm̃ est mortale quãtũ est de se.

Octauo Ad idẽ addo quedã alia ⁊ arguo sic primo. Si aliquod foret veniale peccatũ ex suo gñe tunc tale peccatũ. quãtũ esset ex se nõ induceret mortẽ eternã. ⁊ cũ peccãs nõ possit habere vitã eternã sine satisfactione scδm Anselmũ: sequeret ꝙ aliq̃s posset ɔdigne satis facere pro tali peccato ⁊ ita posset ex cõdigno mereri remissionẽ talis peccati. ɔñs. est falsum: q: subducta gratia remissionis nullus potest satisfacere pro quocunq; pctõ vt deducit Anselmus p̃mo cur deus homo ca. xij. vsq; ad. xvi. ⁊ a. xvi. vsq; in finẽ. ⁊ siliter Augusti. in libris suis de mendacio ⁊ contra mendaciũ. vbi videt declarare ꝙ peccatũ leue nõ deberet fieri pro aliqua re creata ergo ꝑ nullã rem aliã a deo pòt pro eo satisfacere.

culpã. consequẽtia ostẽditur ꝑ ea que iã dicta sunt in scd̃a cõclusione imo ex ipa scd̃a cõclusione. Itẽ arguiť a simili impotẽtia resurgẽdi a culpa imputať ad culpã: q2 talis impotẽtia descẽdit a culpa: sed talis impotẽtia est inuincibilis: q2 ex hoc ꝙ est impotẽtia est inuincibilis. si cũ esset in potestate resurgẽdi: tunc nõ foret impotentia resurgẽdi: ꝗ eadẽ rõne ignorãtia imputatur ad culpã licet sit inuincibilis. Assumptũ pz per anselmũ. i. cur de⁹ homo. ca. xxiiij. in fine. Ubi declarat ꝙ cũ precipiť alicui aliquid facere si ex culpa sua cadat in impotẽtiã illud preceptũ ꝑficiendi talis impotẽtia nõ alleuiat nec excusat imo aggrauat ꝙ ipa imputať ad culpã: ergo eadẽ rõne de ignorãtia inuincibili. Itez pctã multa sunt tã originalia ꝙ actualia q̄ de necessitate fiunt ꝛ vitari nõ possunt ꝛ nulla est causa quare talia imputanť ad culpã nisi quia descendũt ex culpa: ergo eadez rõne ipa ignorãtia inuicibilis culpa est ex hoc ꝙ descendit ex culpa. Assumptuz apparet ex multis locis in coibus auctoritatib⁹. Ad ista dicit vt prius ꝙ ignorãtia inuincibilis simplr̃ nullomodo imputať ad culpã: cuz ergo arguiť supponendo ꝙ aliquis ex culpa sua decidat in ignorantiã inuincibilẽ. dico ꝙ hoc est impossibile: quia est oppositũ in adiecto. si eni sit ex culpa sua sequiť ꝙ nõ sit inuicibilis: nõ eni dicit ignorãtia inuincibilis: quia nõ est in ptãte volũtatis: sed q2 nec est nec fuerit aliquãdo. sicut pctm̃ actuale qd̃ homo actualiť cõmittit nõ est in ptãte volũtatis nec tñ dicit peccatũ inuincibile: ꝗ qd̃ nec est nec aliqñ fuerit in ptãte volũtatis illud est inuincibile: q2 qd̃ nec est nec aliquãdo fuit in potestate volũtatis: illud est inuincibile si aliquid tale fuerit: sic in ꝓposito. Si eni aliquis cadat ex culpa sua in furiam vel in ignorantiã vel in aliã quãcunq3 penã a qua resurgere nõ sit in eius potestate: non propť hoc dicit illa furia vel ignorãtia esse inuicibilis: iõ illud argumentũ nõ valet. Eodem modo dicit ad secundũ ꝛ tertiũ. Cõtra secundã ꝯclusionẽ vbi dicitur ꝙ nunꝙ aliqua ignorantia est peccatũ mortale nisi ꝓcedat ex voluntate. que est pctm̃ mortale. Cõtra tũc sequiť ꝙ nullũ opus ꝓcedens ab ignorantia tali foret peccatum mortale: ꝛ ita si aliquis credẽdo se bene facere ꝛ adhibendo diligentiã quã posset vt bene faceret cognosceret alienam credendo se ꝛ volendo cognoscere ꝓpriã nec peccaret mortaliter ꝯña patet de se: ꝛ consequẽs est falsuz: q2 sicut dicit Bernardus de ꝓcepto ꝛ dispẽsatione ante mediũ. adulteriũ quocunq3 modo ꝑpetretur turpe flagitiũ est ac criminale peccatuz. Item tunc posset quis ignorare deus ꝛ articulos fidei absq3 peccato mortali: ꝛ per cõsequẽs saluari posset absq3 fide xp̃i. cõsequentia patet ex tertia conclusione: quia possibile est ꝙ ignorãtia inesset voluntati nõ renuẽte eos scire nec ꝓponẽti eos scire: sicut est in cõi casu de puulo baptisato ꝛ nutrito inter paganos vbi nihil audiuit de talibus articulis. ꝛ hoc est magis possibile de aliquo nõ baptisato videlicet ꝙ nõ teneť credere in xp̃m sub pena pctĩ mortalis. sed ꝯñs est falsuz: quia si aliq̃s posset saluari sine fide xp̃i: ergo meritũ xp̃i nõ fuit necessariũ ad salutez hominũ: ergo gratis mortuus est contra apostolũ. cõtra hoc etiã sunt auctoritates quasi infinite. Itẽ si ignorantia tertio modo dicta que est simpliciť nescia ꝛ nõ ꝓcedit a volũtate sit peccatũ ꝛ nõ mortale: vt dicit tertia cõclusio. tũc sequiť ꝙ talis ignorãtia eoꝝ q̄ scire debẽt excusaret a pena etna. ꝯña patet: q2 si foret ex volũtate tunc ei debereť pena etna. ꝗ ꝙ ei nõ debeť pena etna: hoc est q2 nõ procedit a volũtate ꝛ ita excusat ab illa pena. Sed ꝯñs est falsuz ꝛ cõtra beatũ Augustinuz de gratia ꝛ libero arbitrio ad valentinuz. Ubi dicit ꝙ ignorãtia q̄ nõ est eoꝝ q̄ scire nolũt sed eoꝝ qui tanꝙ simplr̃ nesciunt nullũ sic excusat de etno igne ne ardeat. Et hoc ponit. ij. sniaꝝ dis. xxij. ca. xi. Itẽ cõtra hoc videť esse auctoritas ysidori de summo bono lib. scd̃o. Ubi dicit nemo de ignorãtia se excuset: q2 deus nõ soluz eos iudicat q̄ a cõuersione seu cognitione sua reuertũtur. Sed ꝛ illos qui nec inquisierũt ꝛ nescierũt. Ex quo videť ꝙ nõ soluz ignorãtia affectata dãnabilis sit. sed ꝛ ista q̄ simpliciter est nescia ꝛ nõ ꝓcedit a volũtate m̃ta alia possunt adduci. Sed respõdere ad ista est respondere ad oia silia ꝛc̃. Hys ergo ꝛ silibus non obstãtibus dico vt prius dictum est in vtraq3 cõclusione. Ad primũ respõdeo. cõcedo ꝙ nulluz opus ꝓcedẽs ex ignorãtia q̄ nõ est ex volũtate est peccatũ mortale: nisi cuz hoc ꝓcedat a volũtate q̄ est pctm̃ mortale. ꝛ cũ arguiť ꝙ tũc foret aliqd̃ adulteriũ: ꝛ tamẽ nõ foret peccatũ mortale. cõcedo ꝙ hoc est possibile. ꝛ ad Bernardũ dico ꝙ ista auctoritas sic intelligẽda est adulteriũ quocũq3 modo ꝑpetretur turpe flagitiũ est ex suo genere ꝛ criminale peccatũ. Ex hoc tamẽ nõ sequiť ꝙ qd̃libz adulteriũ sit mortale pctm̃. q2 sicut prius dictũ est aliqd̃ est mortale ex gñe qd̃ põt fieri sine culpa nisi veniali ꝑcise ꝛ forte sine culpa sicut ecõuerso aliqd̃ peccatũ qd̃ solũ veniale est ex genere: ꝛ etiã aliq̃s actus q̄ ex suo genere est indifferẽs potest esse pctm̃ mortale. Aliť põt dici ꝯcedẽdo ꝙ qd̃libet adulteriũ turpe flagitiũ est ꝛ criminale peccatũ: ꝛ negeť ꝯña ꝗ q̄libet adulteriũ est mor-

Secundo

Tertio

Responsio ad hec argumẽta oĩa simul.

Contra secundaz conclusionem

Primo

Secundo

Tertio cõtra tertiã cõclusionem

Quarto

Responsio ad argumẽta cõtra acceptionẽ ignorantie

Ad primum

Alia responsio ad idem

tale pctm̄.aliqñ eñ̄ sumit̃ crimen ꝓ oĩ̄ siue mortali siue veniali: vt ptꝫ in cañ. diſ.xxv. Crĩ oĩ̄s appellatio.

Cõtra respõsionẽ secundam

Cõtra illud põt argui sic.aliqð furtum vel aliqua fornicatio simplex ẽ peccatũ mortale: ⁊ quodlibet adulteriũ quocũq; mõ ꝑpetret̃: tñ est grauius pcm̄ q̃ aliqð furtũ vel fornicatio simplex. ergo quodlibet adulteriũ est peccatũ mortale. Maior manifesta est ⁊ minor habet̃ ab aug. ꝯ mendaciũ ⁊ superius allegatũ est. sicut dicit ꝙ vnũ peccatũ alio grauius est ſm genus quocũq; aĩo ꝑpetretur grauius est q̃ aliqð pctm̄ generis inferioris. Dicit eñ̄ sic. in suo quippe genere aliis eiusdem generis peccatis leuiora sunt que bono aĩo videtur admitti: cũ tamen ⁊ ipsa alterius generis ipso suo genere grauioribus inueniantur esse grauiora. Grauius eñ̄ est auaricia q̃ mĩa furtum facere. Item stuprũ grauius ẽ luxuria q̃ mĩa ꝑpetrare: ⁊ tñ grauius est adulterari mĩa q̃ furari auaricia. Illud nõ videt̃ esse verũ. q2 si posset esse veniale peccatũ. tũc hoc maxime videret̃ verũ in aliquo casu vbi solum fit ꝓpt̃ miam ⁊ finem piũ: ⁊ nullo mõ ꝓpter malum. g̃ ⁊c.

ℬℬ ꝙ adulteriũ non semꝑ sit mortale flagitium

Solutio

Si diceret̃ ꝙ hic nõ sumit̃ grauitas peccati ꝓ grauitate culpe: ſʒ tm̄ ꝓ grauitate generis Jõ vi eẽ ver ꝙ adulteriũ quocũq; mõ ꝑpetret̃ simplr̃ grauius est ſm genus q̃ aliqð furtum vel fornicatio simplex: nõ tñ est maioris culpe

Cõtra solutionẽ

Istud nihil ẽ. q2 si aug. sic intelligeret assumeret qð ꝓbare vellet. supponit eñ̄ ꝙ adulteriũ sit grauius peccatũ ſm genus q̃ aliqð furtũ vel fornicatio simplex. ⁊ ex hoc arguit ꝙ quacũq; intentione q̃tũcũq; pia fiat semꝑ tñ erit grauius pctm̄ ſm genus q̃ aliqð furtũ cũ hoc sit suppositũ. tunc illud supponeret qð ꝓbaret qð nõ est supponendũ. ideo illa ꝯ̃sio nulla. iõ oportet aliter dicere: licet sit difficile bene dicere.

Resolutio doc.

Dico ergo ꝙ aug. intelligit ꝙ semꝑ adulteriũ quacũq; intentione fiat semꝑ est grauioris culpe q̃ furtũ: ceteris paribus ab his que ponunt̃ in cã. ponat̃ eñ̄ ꝙ aliquis furet̃ auaricia alius adulteret̃ mĩa cũ ħ possibile ẽ ꝙ etiã intentione libidinis ille hõ adulteret̃: ⁊ certũ est. tũc verũ est ꝙ adulteriũ est grauius q̃ furtum: nõ obstãte intentione pia. Ideo illud dictum aug. semꝑ debet sic intelligi. qñ tale adulteriũ vel peccatũ ꝯsimile ꝓcedit ex radice mala ⁊ ex voluntate mala que est pctm̄ mortale. tunc eñ̄ licʒ minuat̃ in suo genere ꝓpter circũstantiã piam ⁊ intentionẽ ꝯiunctam nõ tñ minuit̃ ad equalitatẽ alicuius peccati generis inferioris. vult ergo dicere ꝙ acceptis duobus peccatis ⁊ vtrũq; sit mortale ⁊ vnũ ſm genus superius ad aliud. tunc quecũq; circũstantia bona addita peccato mortali de genere superiori nunq̃ illud minuet ad eq̃litatẽ pcti generis inferioris. secus aũt est vbi pctm̄ de gñe superiori est veniale: nec intẽdit augustin⁹ negare qñ aliqð adulteriũ vel incestus posset fieri cũ culpa veniali ꝑ se q̃ñ hoc videt̃ velle vt apparet in multis locis ⁊c.

Ad secundum

Ad aliud cũ dicit̃ ꝙ ex ꝯclusione sequit̃ ꝙ aliq̃s posset ignorare deũ ⁊ oẽs articulos fidei absq; pctõ mortali: cõcedo hoc. cũ eñ̄ fides sit ex auditu: si nunq̃ aliq̃s audiss̃ aliquẽ docentẽ articulos fidei: tũc ignorãtia illorũ nõ foret imputabilis ad culpã. Ponatur g̃ ꝙ aliq̃s infãs fuerit baptizat⁹: ⁊ extũc fuiss̃ i aliquo loco vbi nihil audierat de fide xpiana vsq; ad eius senectutẽ. tũc ꝯcedo ꝙ ignorãtia articulorũ nõ foret sibi culpa: ⁊ dato ꝙ adult⁹ decederet sine pctõ mortali aliũde ꝯtracto qð est sañ ymaginale: dico ꝙ saluaret̃ nõ obstãte ignorãtia fidei: ⁊ tũc cũ infert̃ ꝙ aliq̃s adult⁹ posset saluari absq; fide xpi. nego ꝯñam: q2 sine fide xpi baptizari nõ posset. iõ quicq̃d sit de ꝯclusione. ꝯña nõ valet nec argumẽtum ꝓcedit.

Cõtra solutiones

Sed contra hoc arguit̃ sic. si in illo casu posset adult⁹ saluari cũ ignorãtia fidei nõ tñ sine fide xpi sequit̃ ꝙ tali adulto sufficeret fides parentũ cũ sacramẽto ad salutẽ. ꝯña patet de se: ⁊ ꝯñs est contra magistrũ lib. iiij. dist. iiij. ca. ij. Ubi videt̃ innuere ꝙ sicut in ꝑuulo baptizato sine fide aliena q̃ ꝓpriã habere nequeũt nõ cõferetur gratia remissiõis. ita nec adult̃ sine fide ꝓpria. ergo nulli adulto sufficit ad salutẽ sacramentũ cũ sola fide aliena. ergo ꝓpria requirit̃ fides. g̃ eius ignorãtia dãnabilis est in adulto.

Responsio

Ad illud ꝯcedo ꝙ in casu posito et cõsimili sufficit adulto fides aliena cum sacramẽto ad salutẽ. Et ad magistrũ. Dico ꝙ ip̃e intelligit de adulto baptizãdo: nõ de baptizato. ⁊ de tali verũ est ꝙ gratia sacramẽti sibi nõ cõfertur sine fide ꝓpria et preuia. sicut magister deducit ꝑ auctoritates. secus autẽ est de adulto iã baptizato cuiusmodi ponit̃ in casu.

Ad tertium

Ad tertiũ cũ dicit̃ ꝙ ignorãtia eorũ q̃ sciri debẽt q̃ tñ nõ ꝓcedit a volũtate. sed est simplex nescia excusaret a pena eť̃na. Dico ꝙ talis ignorãtia nõ excusat ꝓp̃e cũ sit imputabilis ad culpã. tñ si foret a volũtate sibi debeat̃ pena eť̃na in casu aũt ꝯcedo ꝙ iõ nõ debet̃ sibi pena eť̃na: q̃a nõ ꝓcedit a volũtate mortalit̃ mala: nec sequit̃ ex hoc q̃ excuset a pena eť̃na nisi isto mõ ꝙ decedẽti in pctõ mortali cũ tali ignorãtia minus debeat̃ de pena ceteris ꝑibus q̃ si ignorantia illa fieret ex volũtate mortalit̃ mala. Exemplũ forte aliq̃ iudei q̃ occiderũt xp̃m ignorauerũt eũ esse deũ ⁊ hoc tali ignorantia q̃ fuit simplex nescia ⁊ nõ ꝓcessit a volũtate mala: tñ ⁊ si ignorãtes fecerũt: nõ tñ ex ignorãtia. ſʒ forte ex ma-

licia hoc fecerũt: min⁹ ergo peccauerũt φ si sciẽtes ipm̃ esse deũ ita fecissent in illis. ğ ignorãtia excusat in pte. s nõ sic q̃n eꝛno igne ardeãt: s tm̃ vt min⁹ ardeãt φ si sciẽter hoc egissent ceteris pibus. ⁊ h est qd̃ dicit augu. i auctate allegata φ vix neminez excuset sic vt eꝛno igne nõ ardeat: s sic forte vt min⁹ ardeat. nõ autẽ ex hoc sequit φ p tali ignorãtia debeat pena eꝛna q̃ est pena peti mortalis: nec etiã φ ipa pro prie excusat a pena eꝛna.

Ad quartum

Ad aliud ɔcedo φ de⁹ iudicat tã illos q̃ reuertunt a cognitõe sua φ etiã illos q̃ nõ inquirũt deũ: ⁊ ɔcedo etiaz φ tã nescia simplex φ etiã affectata peccatũ est ⁊ iudicio dignũ p ɔ̃ns. s ex hoc nõ sequit φ ignorãtia illa q nõ est ex volũtate sit petm̃ mortale. io argumẽtuz nõ est ɔ ɔclusionẽ.

Ad formã quarti principalis

Per hoc ğ rñdeo ad formã factã in pricipali cõcedo φ oẽ petm̃ ignorãtie est iputabile ad culpã: et nego ɔ̃nam cũ arguit φ tũc oẽ petm̃ ignorãtie foret volũtariũ: ⁊ ad pbationẽ respõsum est in pmo pricipali de petõ originali.

Ad aliã formam quarti prin.

Ad aliã formaz cũ dicit φ aliq̃s male opatur ex ignorantia nõ vult se peccare ⁊c. Hic dico φ oĩs peccãs volũtate peccat ⁊ volẽs facit vn̄ petm̃ ɔ̃bit. ⁊ cũ dicit φ nõ nouit se peccare. ğ nõ vult se peccare. ɔcedo: nec tñ sequit q̃n volũtarie peccat: q2 volẽs facit qd̃ imputat ad culpã: nõ tñ volẽdo se peccare: s est ibi voluntas facti nõ peti. Sic eni dicit augustin⁹ .i. retractationũ. ca. xv. Qui eni inquit nesciẽs peccat nõ in cognitiõe etiã peccat: peccasse volẽs dici põt q2 ⁊ ipse nesciẽs qd̃ fecit volẽs tñ fecit: ita nec tale petm̃ sine volũtate esse potuit. s volũtas facti ibi fuit non volũtas peti qd̃ tñ factũ fuit petm̃. ⁊ allegat hec auctoritas .ij. suiatuz. dist. xiiij. ca. viij. Et vltra cũ arguit nõ vult se peccare. ğ inuolũtarie peccat. nego ɔ̃nam vt dictũ est: q2 volũtarie peccat: licz nõ velit se peccare: q2 volũtarie facit aliq̃d qd̃ est petm̃ ⁊ sibi iputat ad culpã.

Ad quintũ prin.

Quinto fuit argutuz ad ɔclusionẽ sic. si oẽ petm̃ sit iputabile ⁊c. Cũ qlibet trãsgressio pcepti sit petm̃: sequit φ qlibet trãgressio pcepti imputaret ad culpã. qd̃ argumẽtũ ɔstat eẽ fl̃z: q2 aliq̃ sũt statuta quoꝝ trãsgressio solũ obligat ad penã: ita φ nõ ad culpã nisi fuerit ex ɔtẽptu: ⁊ φ oĩs trãsgressio pcepti sit petm̃ arguebat. q2 oĩs talis trãsgressio obligat ad penaz. ğ est petm̃. ɔ̃na fuit arguta sic φ meritũ pene idẽ est qd̃ petm̃ scd̃m augu. lxxxiij. q. q. xxiiij. ⁊ .i. retractationũ. ca. xviij. dicit. Oĩs pena si iusta est pena peti est ⁊ suppliciũ noiatur. ğ nihil aliud q2 petm̃ obligat hoiem ad penã: ⁊ ita si trãsgressio alicui⁹ pcepti obligat ad penã. sequit φ ipa sit petm̃.

Ad illud dicit φ quedã sunt pcepta nõ illa intẽtione vt seruent sed ad cautelã aliquam vel misteriuz: sicut fuit illud pceptũ Marci. vij. quo pcepit discipulis ne cui dicerẽt miraculũ qd̃ ipse sanãdo fecerat surdũ vel mutũ: ⁊ tali pcepto ɔtrariũ facere nõ est pprie transgressio. vñ nec pprie transgressi sunt pceptuz dei. ex hoc φ q̃to magis precipiebat tãto magis plus predicabãt dicẽtes bene oĩa fecit. Alia sunt pcepta que ideo pcipiũtur vt seruẽtur: ⁊ talib⁹ ɔtrariũ facere est trãsgredi pceptuz pprie. Sed tũc cõiter dicit φ in talib⁹ intẽtio precipiẽtis attẽdẽda est. si eniz intẽdat obligare trãsgressorẽ ad culpã erit culpa: si nõ: nõ.

Cõtra solutionez primo

Sed ɔtra istud videt esse pcessus beati augustini. viij. sup genesim ad lram. ca. x. Ubi videt dicere φ cõseruatio pcepti ex se est bona ⁊ trãsgressio mala: ⁊ satis patet ex eius pcessu φ loquit de malo culpe. tũc arguit sic. Si trãsgressio pcepti p se mala est. ğ transgressio ex se culpabilis est. ğ oĩs trãsgressio precepti culpa est: ⁊ ad penã obligat.

Secundo

Itez cũ qlibet transgressio pcepti sit inobediẽtia: sequit φ aliqua foret inobediẽtia q̃ nõ foret culpa. ɔ̃ns est falsum: ⁊ cõtra augustinũ sup genesim ad litterã cap. x. Ubi ostẽdit φ sola obediẽtia virtus est: ⁊ maximũ vitiũ est inobedientia. Similit hoc videt esse cõtra beatũ Bernardũ de pceptis ⁊ dispẽsatione. ca. iij. Ubi dicit φ quotiens obediẽtia interrũpitur: inobediẽtia dicit ⁊ peccatũ seu transgressio ⁊ puaricatio frequẽter. ⁊ in eodẽ libro cõcedit omnẽ inobedientiã esse peccatuz ⁊ culpã.

Responsio

Rñdeo salo melioꝛi iudicio ɔcedẽdo φ cuiuslibz pcepti trãsgressio est petm̃ qd̃ iõ pcipit vt obseruet. ⁊ ɔcedo φ qlibz trãsgressio talis q̃tuz est ex se est iputabilis ad culpã.

Ad primũ

⁊ cũ arguit φ nõ: q2 aliq̃ sunt statuta quoꝝ trãsgressio tm̃ obligat ad penã: ita φ nõ ad culpã: illd̃ nego: q2 sicut tactũ fuit i argumẽto trãsgressio pcepti est iobediẽtia ex se. ⁊ oĩs iobediẽtia ex se ẽ culpabil. iõ oĩs trãsgressio pcepti est ex se iputabilis ad culpã. nõ tñ ex h sequit φ iõ sit petm̃: q̃a obligat ad penã: q2 multis modis põt hõ obligari ad penaz absq culpa aliq̃. põt eni incurrere irregularitatẽ absq culpa: ⁊ forte excõicatõez ⁊ alias penas.

Nota de irregularitate

⁊ verũ est φ apd̃ religiosos sunt multe ɔstitutões penales in q̃bus homo incurrit penã: in quibus tñ nullã incurrit culpã. ⁊ iõ si ille ɔstitutiões nõ obligant ad culpã. s tm̃ ad penã. tũ eoꝝ trãsgressio obligat ad culpã vel poti⁹ est culpa. tũc vltra ad argumẽtũ cũ arguit φ nõ: q2 meritũ pene est culpa cõcedo. sed nõ vniuersalit: q2 nõ omne meritũ pene est culpa: nec hoc inuenit ab augustino vbi allegat: ⁊ ad aliud de primo retractationum vbi d̃r φ oĩs pena si iusta est peti pena est

⁊ suppliciũ noiat. Ibi dico ꝙ illa auctas frequent allegat: ⁊ tñ nũꝙ inueni talẽ textum in originali. hec aũt est auctas quã ego vidi ⁊ inueni. oĩs pena si peccati pena ẽ iusta est: ⁊ suppliciũ noiat. ⁊ hoc est verũ scꝫ oĩs pena pcti iusta est. ⁊ cũ hoc stat ꝙ det aliqñ etiaꝫ absqꝫ pctõ ex quo ptꝫ ꝙ illud dictũ in ɔstõnibus nr̃is vꝫ ꝙ alique ɔstões nr̃e obligãt ad penã ⁊ nõ ad culpã. Intelligẽdũ est ꝙ nõ obligãt ad culpã mortalẽ. ⁊ hoc videt esse verũ ex s̃nia lr̃e que sequit. dꝫ enĩ sic. Constõnes nr̃e q̃dam obligant ad penã nõ ad culpã nisi sit ɔtemptus: quia si ɔtẽptus ibi fuerit tũc erit pctm̃ mortale: vt expsse dicit Berñ. de pceptis ⁊ dispensatõe: ⁊ iõ p hoc ꝙ dicit nõ obligat ad penã nisi assit ɔtẽptus virtute acceptantis videt ꝙ debeat intelligi de culpa mortali. ⁊ sic est verũ.

DD

Ad sextũ prin.

Sexto fuit argutũ sic

Si oĩe peccatũ sit iputabile volũtati. seqtur ꝙ pplexus int duo pctã qͦdcũqꝫ illorum faceret: peccatũ ⁊ culpã incurreret. ɔñs est falsum qꝛ ɔsiliũ ecclesie ẽ in casu pplexitat ꝙ pplexus eligat minus malũ: vt pꝫ in cañ. di. xiij. c. nerui. ⁊ est textus beati Grego. xxv. moralium. Ad illud dicũt aliqui ꝙ nullus põt esse pplex9 inter duo peccata sm rei veritatẽ. põt tñ aliq̃s estimare ⁊ credere se esse pplexũ: ⁊ hec positio ponit in glo. di. xiij. placuit oĩnibus. ⁊ est opio glosatoris bartholomei. ⁊ ponit ad hoc duas rõnes.

Probatur primo

Prima ẽ hec ꝙ si aliq̃s posset esse pplexus inter duo peccata. sequit ꝙ ex necessitate tenet facere malũ. ɔñs ẽ falsũ. qꝛ si esset ex necessitate iam non esset malũ imputabile: qꝛ vt ipse allegat deus nũꝙ meritũ redderet hõi nisi spõtaneũ repetiret habere delictũ. ⁊. xxiij. q. iiij. nabuchodonosor. ꝟ. vasis.

Secundo

Preterea si tenet quis ex necessitate male facere. lex q̃ illud ɔhibꝫ esset impossibilis cũ tñ oĩs lex debeat esse possibilis: vt di. iiij. erit. pplexitas g̃ dicit eit glosa q̃tũ ad rẽ nihil est. s solũ q̃tũ ad aĩm ⁊ q̃tũ ad stultã opinionẽ hoim. Sꝫ vr̃ ꝙ aliq̃s põt vere esse pplexus. qꝛ ẽ ꝟe pplexus q̃ sic ligatus est. vel sic ligatũ se videt vt in quãlibet ptẽ declinet a pctõ liber nõ est. sic aũt aliq̃s ligari põt: vt vr̃ in multis casibus. Ponat enĩ cõis casus ꝙ petrus sciat a esse pctm̃ puta aliquod mendaciũ ⁊ habet ɔsciam vrgentẽ se ad faciẽdum a q̃ sm rei veritatẽ erit ɔscĩa erronea tũc arguo sic. in illo casu petrus sic ligatus est ⁊ se sic ligatũ videt: vt quãcũqꝫ ptẽ ɔdictionis eligat pctm̃ nõ euadet g̃ ipse est ꝟe pplexus. ɔña ptꝫ: qꝛ sicut põt elici ex dictis Grego. xxxij. moral. c. xi. Perplexitas est qñ aliq̃s videt se sic eẽ ligatũ: vt in quãcũqꝫ ptẽ ɔdictionis decliner sine pctõ nõ erit. Sꝫ stante casu illo petrus erit sic realit ligatus. g̃ in illo casu petrus est vere pplexus. ꝙ autẽ in illo casu petrus nullomodo peccatũ euadet. Arguit sic. petruꝫ peccare sequit in isto casu ex vtraqꝫ pte ɔtradictiõis. ergo petruꝫ peccare in isto casu est necessarium. Assumptũ ptꝫ: qꝛ sequit si petrus nõ mentitur petrus difformat se conscie sue. g̃ aliquid facit directe contra consciam. g̃ peccat. Et similit si petrus mẽtitur. sequit ergo petr9 peccat: ⁊ ita petruꝫ peccare sequit in isto casu ex vtraqꝫ pte cõtradictiõis g̃ in quãcũqꝫ ptẽ ɔtradictionis decliner pctm̃ nõ euadet: ⁊ ita petrus vere perplexus est. ⁊ hoc dico esse verũ generalit ꝙ homo põt vere esse pplexus: ita ꝙ sit perplexitas vera.

Responsio ad rõnes quibus pbatur ꝙ null9 possit esse perplexus

Et ad rõnes q̃b9 pbat ꝙ nõ. Ad pbationẽ cũ dicit ꝙ si aliq̃s erit vere pplexus ex necessitate teneret facere malũ. dico ꝙ nõ sequit qꝛ in casu dicto petrus vere pplexus est: sed tñ nullũ malũ tenet facere: nõ enĩ tenet facere a: qꝛ a malũ ẽ imo q̃a magis malũ tenet fugere a nec tenet agere cõtra ɔsciam. imo tenet nõ facere ɔtra ɔsciam. ɔcedo tñ ꝙ in illo casu peccabit de necessitate ⁊ male faciet. Sed tñ in illo casu nõ tenet magis male facere.

Cõtra rõeꝫ arg.

Si arguitur sic. in illo casu aut tenet vitare pctm̃ a aut nõ. si vitabit aget ɔtra ɔsciam ⁊ peccabit. si nõ tenet vitare a. g̃ põt facere a licite. qͦd est falsuꝫ

Solutio

Dico ꝙ in casu tenet vitare a sicut ⁊ extra casum illũ tenet vitare a: ⁊ vltra cuꝫ dicit si vitet a aget cõtra consciam. hoc cõcedo ⁊ dico ꝙ in casu illo nõ põt vitare a q̃n peccet. ⁊ iõo in illo casu tenet facere qͦd tñ nõ potest facere nisi ipse peccet.

Replica

Si tñ arguit sic. si vitet a in casu proposito. ergo peccat ⁊ tenet ad añs. g̃ tenet ad ɔsequẽs. ergo in illo casu tenet peccare.

Responsio

Hic respõdet ɔcedẽdo ꝙ illo casu stãte. ɔña est bona petr9 vitat a. g̃ peccat: ⁊ hoc gratia materie s tñ de forma nõ valet ⁊ vltra. cũ arguit petr9 tenet ad añs. g̃. ad ɔñs. nego ɔñam ⁊ causa est q̃a eadẽ lege qua tenet ad assumptuꝫ: tenet in oppositum ɔñtis. iõ nõ sequit tenet ad añs. g̃ tenet ad ɔñs.

Ad aliã formam

Sed tamẽ ad aliã formã q̃ videtur directe esse cõtra istã respõsionẽ qua arguit: quia stante casu impossibile est ꝙ vitet a ⁊ ꝙ nõ peccet. ergo si scd̃m legem tenetur vitare a: ⁊ cum hoc tenetur ad oppositũ consequẽtis scilicet ꝙ non peccet: sequitur ꝙ scd̃m legẽ tenetur ad impossibile.

Responsio

Ad illud respondeo sic ⁊ dico ꝙ vitare peccatum a et non peccare sunt compossibilia secundũ legem: sed vt nũc sunt incompossibilia: ⁊ hoc nõ est nisi propter conscientiã erroneã: ideo cõcedo ꝙ lex eũ obligat ad ipossibile vt nũc: id ẽ ad illud qͦd vt nũc est sibi incompossibile: nec sequit ex hoc ꝙ lex

sit iniusta: et cū arguit̄ q̄ sic: q̄ ois lex debet esse possibilis. dico q̄ hoc est verū ad istuz sensum q̄ lex nihil debet p̄cipere nisi qd̄ absolute possibile est fieri et ita est in p̄posito vt dictū est: sed tamē satis possibile est q̄ lex obligat aliquē ad illud qd̄ est sibi p̄ certo tēpore impossibile: sed hoc nō erit ex obligatione legis p̄cise sed cōcurrēte culpa vel defectu p̄prio sicut est in p̄posito. Exemplū sm̄ legē quilibet homo tenet̄ esse sine pctō sicut allegaui frequēter: et tn̄ impossibile est q̄ homo in vita ista sit sine omi pctō: et ita lex obligat ad impossibile nō simplicit̄ sed vt nunc. nec est hoc ex natura legis q̄ obligat ad impossibile: sed hoc est ex culpa vel defectu eoꝝ q̄ subijciūtur legi. Mr̄ igit̄ glosa recitat et dicit opinans q̄ perplexitas nihil est nisi apud stultā opinionē: ita q̄ subducta opinione stulta cū omi errore intellect⁹ nunq̄ erit aliq̄s perplexus: hoc verū est: et ita intelligendi sunt doctores q̄ dicūt nullū vere esse p̄plexuz: q̄n tamē stante tali opinione erronea possit aliq̄s vere esse p̄plexus nō video. et hoc quia stāte opinione impossibile est q̄ alterū cōtradictorioꝝ faciat nisi peccet: ergo vere p̄plexus est. ꝯn̄a nota est ex diffinitione perplexitatis supra dicta.

Nota opinionem

Addūt tn̄ alij q̄ si aliq̄s fuerit p̄plexus int̄ duo pctā: siue sit p̄plexitas vera siue opinata et credita: tn̄ si eligeret min⁹ malū iuxta cōsciam suā nō peccaret.

Probatur primo

Ratio est q̄: verisile est q̄ aliq̄ sit regl̄a recte viuēdi i tali casu et nō pōt dari aliq̄ regula nisi q̄ eligat̄ illud qd̄ est min⁹ maluz. ḡ eligere min⁹ malū est rectuz in casu illo. ergo in casu illo eligēdo minus malū nō peccat.

Secundo

Itē xxiij. q. v. miles. dicit glosa q̄ rōne mādati excusat̄ aliq̄s etiā si cōtra ꝯsciam faciat et eadē causa. q. ij. Quid culpat̄. dicit textus q̄ vir iustus si forte sub rege etiā sacrilego militet recte pōt ipo iubēte bellare. Si qd̄ sibi iubet̄ vel nō esse cōtra preceptū dei cōstet vel vtrū sit certuz nō est. ergo p̄ obedientiā pricipis etiā sacrilegi potest aliq̄s sine pctō agere cōtra ꝯsciam: multomagis videt̄ q̄ aliq̄s possit absq̄ culpa cōmittere min⁹ malū sola intētione vitādi pctm̄ maius.

Confirmatur

Cōfirmat̄ p̄ illud qd̄ dicit̄ extra de officio iudicis delegati pastoralis. cap̄. quia vero. Ubi dicitur sic: q̄ vero sepe cōtingit q̄ executio late sn̄ie ordinario demādat̄. quesiuisti an si ipam iniustā esse cognouerit debeat eam executiōi mādare: an sit ei potius subdendū. attēdētes itaq̄ q̄ nō cognitio: s̄ executio ārē demādatur eidē iūdimus q̄ cū ordinari⁹ teneat̄ obsequi delegato vt si sciat istā iniustā sn̄iam exequi nihilomin⁹ teneat̄ eandē: nisi apud eū possit efficere vt ab obligatōe ipsum obsoluat. Ex quo exp̄sse videt̄ q̄ obediētia aliquē excusat in casu vbi agit ꝯtra ꝯsciam: vel inobediētez fore supiori faciēdo ꝯtra ꝯsciam vt vitet̄ inobediētia vitat̄ culpa. et p̄ ꝯn̄s omittēs min⁹ pctm̄ sola intētiōe vt vitet̄ maius: si alio mō vitare nō pōt nullam incurrit penā. Aliter pōt argui ad istā ꝯclusionē: s̄ ista sunt meliora q̄ audiui p̄ p̄ter ista quā recolo.

Cōtra opinionē

Cōtra istā opinionē arguo et pono q̄ a sit pctm̄ min⁹: et b pctm̄ maius: et q̄ petro existēte p̄plexo int̄ a et b ꝯmittat oim fugaz b. tūc scd̄m istā positionē excusat̄ a culpa. q̄ro ḡ quid excusat eū a culpa aut sola intentio pia aut impotētia alio mō euadēdi: aut vtrūq̄ simul. q̄ aūt sola intētio nō excusat cuz manifestuz est: q̄ tūc subducta p̄plexitate si ꝯmitteret a in fugā b cū eadē intētione q̄ nūc ꝯmittit nō peccaret: et tūc qd̄cūq̄ maluz ꝯmittere illa dūtaxat intētione vt maius pctm̄ vitaret̄ nō forz pctm̄. qd̄ est falsuz. nec impotētia alio mō euadēdi excusat: q̄ possibile est q̄ talis impotētia descēdit ex culpa: nec intētio pia simul cū ipotētia alio mō euadēdi excusat. tum q̄ tūc iā nō esset p̄plexus int̄ duo pctā: q̄ tunc ꝯmittere a nō foret pctm̄: qd̄ est ꝯ hypothesim. tū q̄ intētio illa nō vr̄ esse pia cū nō sit intētio recta: q̄ nō est regulata recta rōne. Silr̄ si sic p̄plexus iudicaret pctm̄ min⁹ b fore et ꝯmitteret illud in fugā pcti aut peccaret aut nō peccaret. Si peccaret stāte ꝯscia ipa: ḡ intētio pia cuz impotētia euadēdi saltē estimata nō cuz excusaret a culpa. ḡ nec eadē rōne in p̄mo casu: nec excusabit̄ ne peccet p̄ intētionē piā etiā cuz tali impotētia: s̄ forte vt min⁹ peccet. Si nō peccaret seq̄ret̄ q̄ in tali casu p̄plexitatis posset qd̄cūq̄ faciinus facere sine culpa. et ita in illo casu quodcūq̄ malū ex gn̄e ꝯmittere: foret opus meritoriū vel indifferēs. qd̄ est falsuz: et ꝯ augu. ꝯ mēdaciū āte mediū. vbi dicit q̄ ea q̄ cōstāt p̄ se eē pctā nullo bono fine faciendo sunt. et allegat magister. ij. sn̄iaruz. p̄ magnū p̄cessuz. Ubi videt̄ satis innuere q̄ ea q̄ cōstat esse pctā q̄tūcūq̄ stāt intētōe bona: sunt tn̄ pctā et demeritoria.

Responsio doc.

Dico ḡ aliter scz q̄ p̄plexus int̄ duo pctā qd̄cūq̄ illoꝝ fecerit peccat: q̄ alr̄ nō esset p̄plexus p̄z ex p̄dicta diffinitōe p̄plexitatis.

Ad argumenta opinionis

Ad p̄mū in oppositū cū dicit̄ q̄ in tali casu aliq̄ est regula recte viuēdi etc. Dico q̄ nō est possibile q̄ habēs ꝯsciaz erroneā hēat reglaz recte viuēdi et sine pctō: q̄ ponat̄ q̄ petrus hēat ꝯsciam erroneā de aliquo faciēdo: tūc retā rō iudicat q̄ nō recte regulat̄ in agēdis: cuz sit regl̄a sua erronea. et iō siue eligat illud qd̄ est min⁹ malū: siue illud qd̄ est mai⁹ maluz vtroq̄ mō peccabit. iō neget̄ illud assumptū q̄ i casu p̄plexitatis aliq̄ ē regl̄a rectē viuēdi.

Ad secundum

Ad scd̄z cū dr̄ q̄ rōe mādati excusat̄ q̄s si ꝯ ꝯsciaz fac. nego illd̄: q̄ dico q̄

omne illud qd̓ aliq̄s facit cōtra ↄsciam est pec catū. Sed tamē glosa habet intelligi q̄tū ad leges humanas q̄ multa pmittunt impunita q̄ tamē apud deū nō sunt sine culpa: sicut est illd̓ qd̓ dicit aplus .i. Corinthi. vij. de viro ꝛ vxore. Nolite fraudare inuicē nisi forte ex cōsensu ad tēpus vt vacetis orōni: ꝛ iterū reuertimini in idipm̄. ꝛ sequit̄. Hoc aūt dico scd̓m indulgētiā ꝛ non scd̓m imperium. id est permisit aplus q̄ vir ꝛ vxor simul ↄmisceātur ꝑpter incōtinētiā vitandā: nō tanq̄ talis cōmixtio q̄ est nō causa ꝑlis generāde: sed ꝑpter cōcupiscentiā explendā sit licita ꝛ omnino carens culpa: sed q2 illud est minoris culpe q̄ cōtingeret si hoc nō fieret. hoc etiā est illd̓ qd̓ dr̄ ꝑme ad Corinthi. vi. Ubi videt̄ dicere q̄ fidele aliquē trahere ad iudiciū sit alicui⁹ culpe: ꝛ tm̄ hoc pmittit etiā ꝑpter infirmitates hoim nō tanq̄ simplr̄ licitū sed tanq̄ min⁹ malū: sic aliqñ pmittit̄ in eccl̄ia q̄ aliq̄s agat cōtra ↄsciam ꝑpriā ad euitandū inobedientiā: non tanq̄ hoc sit oino sine culpa sed tm̄ indulget eccl̄ia in illo casu: ꝛ eodēmodo dicit̄ ad aliā auctoritatē allegatā de milite bellāte ꝛ de executiōe snīe.

Replica

Sed si arguit̄ eccl̄ia consulit in casu ꝑplexitatis q̄ de duob⁹ malis minus malū eligendū est. ergo sine culpa fieri pot ꝛ sequit̄ oppositū huius positiōis. Si aūt illicitū est hoc fieri. g̃ eccl̄ia cōsulit illicite agere ꝛ peccare.

Responsio

Ad illud dici pōt q̄ eccl̄ia non cōsulit in casu ꝑplexitatis minus malū facere sed tm̄ dispēsat cū sic faciēte: ne pro minori culpa penā infligat: ꝛ hoc in foro iudiciali. immo verius cōsulit q̄ neutrū malū faciat vel q̄ conscientiā dimittat. Si tm̄ cōsciam dimittere nequeat: tūc cū minori culpa dispēsat. ꝛ id̓o dicit q̄ in illo casu vtile est minus malū cōmittere nō tm̄ dicit q̄ hoc est licitū: vel pōt dici q̄ min⁹ malū facere est licitū q̄tū ad forum iudicij legalis vel publici. nō tm̄ q̄tū ad forū conscie.

Ad septimū pnc.

Septimo fuit argutū

ad ꝑncipale. si oē pctm̄ sit imputabile ꝛc. tūc pctm̄ finalis impenitētie foret imputabile ad culpā: sed ↄn̄s est falsū. q2 tūc tale pctm̄ foret demeritoriū. ꝛ ita cū nullū sit pctm̄ finalis ipenitētie in vita ista sequit̄ q̄ post hāc vitā possit hō cōmittere pctm̄ ꝛ ita demereri: qd̓ est falsū q2 oē meritū in hac vita ↄpat̄ ꝛc. Ad id ↄcedo q̄ aliqd̓ est pctm̄ finalis impnie vel esse pōt q2 oē tale est demeritoriū ꝛ tm̄ assumit̄. q2 nullū est tale pctm̄ in vita ista. istā nego. dico enī q̄ aliqd̓ est vel esse pōt pctm̄ finalis impnie in vita ista. verisile est enī q̄ aliq̄s in vita ista cris habꝫ pctm̄ mortale de quo nūq̄ penitebit. Tūc dico q̄ oē tale est pctm̄ finalis impnie: ꝛ tūc sic arguit̄ q̄ nō: quia tunc tale cōmittēs pctm̄ foret finaliter impenitēs. ꝛ ita h̄ret pctm̄ irremissibile qd̓ nec h̄ posset remitti neq3 in futuro. ꝛ ita ꝓ nullo tali foret orandū. ꝛ ita de quolibet tali foret desperandū qd̓ est falsū. Hic dr̄ q̄ sic q̄ tale habens peccatū est finaliter impenitens. ꝛ tunc cum infertur. ergo habet peccatū irremissibile. Dico q̄ duplr̄ dr̄ peccatū irremissibile. Dicit̄ eīn vno mō qd̓ nunq̄ remittet̄ ꝛ sic dico q̄ habet peccatū irremissibile. Alio mō dicit̄ irremissibile: quia remitti nō potest. ꝛ sic nō sequit̄ iste est finaliter impenitens. ergo habet peccatū irremissibile: quia ꝛ si peccatū suū sit finalis impenitentie. ꝛ ideo nunq̄ habꝫ remitti possibile tm̄ est q̄ remittat̄. ꝛ ideo non sequit̄ q̄ ꝓ nullo tali sit orandū: ꝛ silr̄ q̄ de aliquo sit desperandū in vita ista nō sequit̄.

Ad octauū pnci
De omissione

Aliter fuit argutū ad

octauum principale sic. Si omne peccatum sit imputabile ꝛc. tunc peccatum omissionis imputaret̄ ad culpam. ꝛ cū aliqua omissio puta illius ad qd̓ hō tenet̄ sit peccatū. sequit̄ q̄ omissio pura alicuius foret imputabilis voluntati ad culpam. ꝛ ita talis omissio foret demeritoria. ↄn̄s est falsum. quia si sic. tunc eadem ratione omissio alicuius mali foret meritoria. ꝛ ita tot hēret homo merita quot omitteret mala: qd̓ est falsum. Hic dicit̄ q̄tū ad materiam argumenti q̄ sola ꝛ pura omissio illius ad qd̓ homo tenetur nō est peccatū nisi ꝑcedat a volūtate: sic scꝫ vt homo vellet omittere vel nollet facere quod facere tenetur.

Cōtra solutionē

Cōtra istā positiōnē potest argui sic. quia si omissio sola ē peccatum. tunc si quis omitteret aliquid ad quod tenet̄ ꝑ tēpus aliquod ꝛ ꝑ omnes partes illius tpis peccaret peccato infinito intensiue in malicia qd̓ est falsū. ↄn̄a ostendit̄ sic. quia ꝓ qualibet pte tempis est omissio culpabilis. ergo ꝓ qualiber plus demeret̄ q̄ ante demeruit. Aliter nō plus demereret̄ qui aliquod tale semꝑ omittit ceteris paribus: qd̓ est falsum.

Secundo

Item si omissio sola sit culpabilis: tunc ceteris paribus grauius peccaret qui maius bonū omitteret. ↄn̄s est falsum. quia vna omissio cū sit pura ꝑuatio que nihil est non est alia melior vel peior. nec potest dici q̄ omissio dicit̄ peior rōe illius cuius est omissio: quia tūc omissio rei melioris foret peior generalr̄ q̄ omissio rei minus bone quod est falsum in multis casibus: vt dicetur infer⁹.

Tertio

Item si omissio sola foret peccatum ꝛ culpa. tunc qui aliquid omitteret ad quod tenetur peccaret ꝛ culpā incurreret. ↄn̄s est falsum. q2 pono q̄ petrus omittat aliq̄d ad qd̓ tenetur: ꝛ nullū actū oino hēat ꝛ q̄ paulus

fit ad idē obligatus ⁊ omittat idem ⁊ cum hoc habeat actū nolendi illud facere tunc sequeret̄ ꝙ peccatū pauli fit infinite malicie qđ est falsum ⁊ ꝯña ꝓbat̄ quia si esset finite malicie precise posset minui ad duplū ⁊ triplū ⁊ sic deinceps quousqꝫ foret equalis malicie cū omissione sola qđ est falsum. quia talis actus quōcūqꝫ remissus includit maliciā omissionis ⁊ aliquā aliam igit̄ ⁊c̄.

Quarto

Itē nulla pena damni debetur omissioni quia ista tm̄ debet̄ originali: nec aliqua pena sensus: quia tunc in casu equalis debet̄ actuali qđ est falsum ⁊ ꝯña patet ex cōmuni deductione.

Quinto

Itē tunc omissio cōsilij esset magis malum ꝙ omissio precepti quod est falsū ⁊ arguit̄ q: implere ꝯsiliū est magis bonum ꝙ implere preceptū cum implere cōsiliū sit implere vtrūqꝫ. Itē si aliqua omissio illius ad qđ homo tenet̄ sit peccatū eadē rōne quelibet omissio illi⁹ ad quod homo tenet̄ est peccatū maxime vbi non interuenit aliq̄d quod excuset. Sꝫ ꝯñs est falsum vt patet in cōi casu vbi quis tenet̄ actualiter diligere deū sic tamē ꝙ ad nullā latitudinē dilectōnis teneat̄ nec ad aliquē gradū dilectiōis. tūc si omitteret diligere deū peccat ex hypothesi sed ꝓbatur ꝙ nō q: nullū gradū omittendo peccat. ḡ nullā dilectionē omittēdo peccat. tenet ꝯña per hoc mediū oīs dilectio est alicuius gradus. ⁊ añs est verum quia arguit̄ sic. ad nullū gradū dilectionis tenet̄. ergo nullū gradū omittendo peccat.

Cōtra opinionē argu. oppositum solutionis p̄mo modo.

Sꝫ ꝯtra istā opinionē arguo licet sit ꝓbabilis vt videt̄ arguo tm̄ contra eā sic. vbi est actus malus ⁊ omissio boni debiti aliqua pena debet̄ ꝓ actu p̄cise: aut ḡ eadē pena precise debet̄ pro actu ⁊ omissiōe aut nō: si sic: ḡ eque malū ē velle omittere ⁊ omittere sicut velle omittere ⁊ nō omittere. ꝯña patet quia si ex opposito magis eēt malū maior pena deberet̄: ꝯñs est falsum q: sic foret eque malū precise velle furari ⁊ furari sicut velle furari ⁊ nō furari. ꝯñs est falsū q: qui furat̄ tenet̄ ad restitutionē ⁊ alius nō.

Responsio

Replica

Si aūt dicat̄ ꝙ nō eadē pena debeat̄ pro actu ⁊ omissione tunc arguo sic. aliq̄ pena est alicui debita pro actu ⁊ nō tota ergo residua pena debetur ꝓ omissione sola. ergo omissio sola est culpa.

Euasio

Si dicat̄ ꝙ nulla pena debeat̄ pro omissione sola sed tota debet̄ pro actu sed tm̄ maior debetur actui propter omissionē quia omissio est circunstantia aggrauās.

Replica

istud nō habet euidētiā q̄m in casu illo quo solū aliq̄s peccat volendo omittere ⁊ omissio nō est circunstāna pctī ꝫ est de essentia pctī. quia ea posita peccatum est ⁊ ea remota peccatū nō est ergo nō est circunstātia.

Secundo

Itē ista positio videt̄ esse ꝯtra augu. i s̄mone de vtilitate agēde pnie vbi exponēs illud euāgelij. b̄ne mnam tuam reposui in sudario ⁊c̄. dicit sic. non putet homo satis esse seruare integrū qđ accepit ne dicat̄ sibi h̄ue neq̄ ⁊ piger dares pecuniā meā ad mensaꝫ ⁊ ego cū vsuris veniēs exegissem eā ⁊ ne auferat̄ ab eo qđ accepit: ⁊ ꝓijciat̄ in tenebras. quā vehementissimā penam sic timere dn̄t q̄ seruare integrū possūt quod acceperunt: q̄ spes illoꝝ est q̄ hoc impietatem disperdunt. vbi videt̄ dicere ꝙ si integre seruet q̄s qđ accepit. ⁊ adhuc nō proficiat tenebras habebit exteriores ⁊ ita per ꝯñs non solū bene agere sed etiā omittere actū bonum aliqū est damnabile peccatū. ꝯña patet q: nullus seruat integre quod accepit q̄ peccat. ergo nō cōmittendo actū malū potest quis peccare

Tertio

Item ignorātia eorū q̄ q̄s scire tenet̄: est pctm̄ ⁊ hoc loquendo de ignorātia q̄ est simplex nesciētia ⁊ certū est ꝙ illa nō est pctm̄ cōmissiōis ergo omissionis solū. assumptū patꝫ q: si ignorātia illa nō foret peccatū tūc nō teneret̄ ignorans ea scire.

Quarto

Similit̄ ꝙ ignorantia sit pctm̄ superius fuit allegatū ab augu. ⁊ magistro lib. iij. di. xv. c. iiij. ⁊ lib. ij. distin. xx. ca. xi.

Quinto

Itē videtur in euā. ꝙ deus infligit penā ꝓ sola omissione dicit em̄ sic. Esuriui ⁊ non dedistis mihi manducare. sitiui ⁊ non dedistis mihi bibere ⁊c̄. ⁊ sequit̄ hij ibunt in supplicium eternum ⁊c̄.

Sexto

Itē arguit̄ sic. teneat̄ aliq̄s dicere psalmos aliquos cū deuotiōe ⁊ dicēdo distrahatur a deuotiōe tūc talis peccat: q: nō facit illud ad quod tenet̄ ⁊ nulla ꝯmissio imputat̄ ad culpā. ḡ sola omissio assumptū patet q: nō ꝯmittit nisi qđ licet ei ꝯmittere.

Responsio p̄ma.

Hic pōt dici multis modis Primo ꝙ talis distractio nō est pctm̄ sumēdo pctm̄ ꝓ culpa q: talis distractio nō est in ptāte volūtatis.

Cōtra r̄nsionem

Cōtra si ista r̄nsio valeat tūc nihil imputaret̄ ad culpā qđ erit in ptāte volūtatis qđ est falsū vt vult augu. de natura ⁊ grā circa. ij. capi. vel. iij. vbi augu. obuiat cuidā heretico dicēti ꝙ si pctōres aliq̄ fuerūt ⁊ aliud eē nō potuerūt culpa carēt cui⁹ ꝯtrariū dicit Augu. ꝙ sꝫ multi damnant̄ nō quia sine peccato nō fuerūt sed quia etiā necesse potuerūt. vbi expresse vult ꝙ aliq̄d est imputabile volūtati qđ nō est in potestate voluntatis.

Secūdo

Itē p̄mo retractationū ca. ix. sunt quedā necessitate facta improbāda ⁊c̄. ⁊ mgr̄ li. ij. dis. xxxvi. ca. quedā tamen. Itē ꝙ tal' omissio in casu distractiōis p̄dctō sit pctm̄ appꝫ p augu. vbi p9 de natura ⁊ gratia vbi hereticus nitit̄ ōndere multos fuisse q̄ nullū habuerūt oino pctm̄ iter quos nōiat abel cuius vt dicit sctitatē scriptura ꝯmēdat nullā de pctō faciēdo mētionē. ꝯ quē dic̄ aug. ꝙ ex h̄ nō sequit̄ ipsū fuisse sine pctō q: scriptura nullā fecit mētionē de peccato suo quia nec hoc cōme

morãdum erat multis modis peccasse poterat licet nõ grauit peccasse nec leuia petã sua fuerũt ꝯmemoranda. vult eñi dicere ꝙ nulla commẽorando fuerũt nisi fuissent grauia ⁊ ideo ex hoc ꝙ scriptura nullũ peccatũ cõmemorat nõ sequit illũ nullũ petm̃ habuisse Vñ ad ꝓpositũ numerando multa gña peccatorũ q̃bus verisimile fuit eũ peccasse inter cetera nũerat omissionẽ talem que contingit ex distractione ⁊ dicit nec cõmemorandũ fuit si abel quãuis iust⁹ merito appellatus paulo immoderatius aliq̃n risit ⁊ animi intermissiõe iocat⁹ vel vidit aliq̃d ad cupiendũ vel aliq̃n imoderanti⁹ poma distraxit vel plusculo cibo crudior alias tardior fuit vel cũ oraret cogitauit aliq̃d vnde eius intẽtio vacaret ad aliud ⁊ quotiẽs ipsi ista surreperent petã fuerũt ⁊c̃. videt hic expsse velle om̃ia enũerata ⁊ singula esse petã de q̃bus oib⁹ etiã remissio petenda est. ergo talis distractio peccatũ est.

Alia responsio Ideo aliter dicit ad argumẽtũ ꝙ in casu posito ꝯmissio imputat sibi ad culpã ⁊ nõ sequit omissio. q: licet dicat ꝙ in rei veritate teneat nõ tñ dicit sicut tenet ⁊ ideo dicẽdo peccat cõmittendo aliter ꝙ̃ licet.

Contra responsio. Contra sic dicendo minus peccat ꝙ̃ de facto peccaret si nihil diceret ceteris paribus ergo sic dicere ꝑmo est circũstantia minuẽs culpã. ergo sic dicere nõ imputatur ad culpã: assumptũ probo scilz quia sic dicẽdo minus peccat ꝙ̃ ceteris paribus si nihil diceret: q: sic dicendo soluit partem debiti. ergo si nihil diceret ad plus teneret: ergo nunc minus est obligatus. g̃ nũc minorẽ incurrit culpã. Et illud ꝯfirmo sic: q: nihil dicere foret maioris culpe ꝙ̃ sic dicere q: magis repugnaret precepto g̃ nihil dicere foret maius peccatũ. cõseq̃ntia appet per Augusti. in epistola ad Hieronimũ de eo quod scriptũ est: qui offenderit in vno factus est omniũ reus Ubi dicit ꝙ illa peccata sunt grauiora que magis repugnant precepto vel magis sunt contra charitatẽ et similiter dicit Bernar. de p̃. et dis. vt notũ est ergo ⁊c̃.

Secundo contra responsionẽ arg. Itẽ arguit sic. si omissio in hoc casu iputat ad culpã ergo ceteris paribus substracta omissiõe tollit vel saltem minuitur culpa. consequentia patz de se: et consequẽs est falsũ quia substracta omissione ceteris paribus magis obuiaret precepto qđ patz quia substracta cõmissione nec preceptum diceret. vt tenetur nec deuotionẽ haberet ergo tunc plus obuiaret ꝓcepto ꝙ̃ mõ obuiat et hoc ꝙ solum alterũ eorũ non habet.

Tertio Similiter cõtra ista potest argui ex positione sic. Iste non peccat nisi q̃a facit contra preceptũ ergo si magis obuiaret ꝓcepto magis peccaret sed deuotionẽ nõ habẽs ⁊ omissionẽ magis ꝯtrauenirer ꝓcepto g̃ plus peccat.

Quarto Item omissio scđm positionẽ istam nõ est malicia ⁊ certum est ꝙ nec est bona ergo nihil est omnino ꝑtinẽs ad actũ vel est circũstãtia indifferẽs: siue sic siue sic iste act⁹ nõ est peccatũ propter istã omissionẽ.

Responsio Ideo dicit sic. ꝙ si aliquis distrahat a deuotione in casu posito tunc oportet ꝙ cogitaret de aliquo alio, et ita cogitatio imputabilis est ad culpam quia ad eã sequitur absentia ⁊ omissio deuotionis debite.

Replica Cõtra hoc posito ꝙ cogitet de aliquo bono qđ aliunde foret bonũ vel meritoriũ si nõ esset omissio illa tunc si talis omissio sit culpabilis sequeret ꝙ aucta cogitatione ceteris paribus augeret ⁊ culpa ⁊ ecõtra diminuta diminueret ꝯña patet quia aucta cogitatione augetur distractio ⁊ ꝯñs est falsum quia minus malũ est cogitationẽ habere intensiorẽ ꝙ̃ inobedientiã ceteris paribus. g̃ cũ omissione ista minus malũ est intẽsiorez cogitationẽ habere ergo si intendat cogitatio illa ceteris paribus nõ auget malicia nec ergo aliqua culpa.

Secunda Itẽ si retento casu cogitatio illa foret meritoria si non foret distractio: arguit tũc sic omissio tollit meritũ ergo eadẽ ratione meritũ tollit culpam omissionis. ptz ꝯña quia aliter nõ tantũ valeret iustitia ad vitãdũ peccatũ ꝙ̃tũ iniustitia ad alligandũ in culpa qđ est cõtra anselmũ ꝑmo cur deus homo ca. xviij.

Tertia Itẽ contra positionẽ arguit sic. vt cõtra precedentẽ omissio ex se non est mala nec etiã bona. ergo vł omnino impertinẽs actui vel indifferens ad bonum ⁊ ad malũ ergo actus nullo mõ est culpabilis ꝓpter istam omissionẽ. g̃ cũ distractio sit culpabilis vt videt velle auctoritates allegate contra primã viam nec potest dici ꝙ actus dicendi preceptum sit distractio: nec etiaz ꝙ actus cogitandi de aliquo quẽ habebit in illa distractiõe sit peccatũ ideo videt necessario sequi ꝙ ipsa pura deuotõis omissio sit ipsa distractio ⁊ per consequẽs culpa. qđ ꝯcedo ad ꝯñs ⁊ respondeo ad euidentias adductas ꝓ positiõe ꝯña.

Ad primam Ad primã cum dicit si omissio sola foret culpa tũc q̃ omitteret aliq̃d ad qđ tenet ꝓ aliqđ tp̃s ꝓ omnẽ ꝑtẽ hui⁹ tp̃is peccaret petõ infinite malicie intẽsiue. negat ꝯña ⁊ ad ꝓbationẽ cũ dicit ꝙ ꝓ qualibet ꝑte tp̃is plus demereret ꝙ̃ prius demerebat põt intelligi dupliciter.

Demereri põt intelligi dupliciter Uno mõ vt dicat pl⁹ demereri. i. ꝙ maiorẽ penã demereat ⁊ tũc neganda est ꝯña q: sicut alias dixi de cõtinuatiõe peti omissionis vniformit per aliqđ tp̃s nõ maiorẽ penã demeret ꝓ circũstãtiã temporis ꝙ̃ in principio tp̃is meruit: ita nec in ꝓposito. Alit põt intelligi vt dicat aliqđ petm̃ demereri q: aliquo mõ pl⁹ demeret idẽ supplitiũ vel eãdẽ penã ⁊ sic ꝯcedo ꝙ omissio ꝓ q̃libz

parte temporis plus demeret q prius qz scili-
cet frequtius idem demeret 7 ex hoc non sequi-
tur q peccatum sit maius nisi forte extensiue.

Ad secundum

Ad secundu cu dicitur tunc grauius peccaret
qui maius bonu omitteret ceteris paribus. co
cedo 7 cu probat q no quia vna omissio cu sit
pura priuatio no est alia melior vel peior. illud
nego quia pportionabilit priuatio rei melio-
ris peior est vbi vtraqz est mala sicut dicit Au-
gustinus de duabus animabus vbi dicit q
auro virtus prestat 7 tanto est virtute presta-
tior quanto auri carentia inferior. et vltra cu ar-
guitur q no semp caretia melioris boni est pe
ior. dico q ceteris paribus hoc falsu e qz semp
carentia melioris rei peior est 7 hoc vbi vtraqz
est mala.

Instantia

Cotra habere iustitia est melius q
solum posse habere iustitia 7 tn peius est care-
tia potetie habendi iustitia q carere iustitia.

Responsio

Rns patz ex hoc quia carentia potentie haben
di est caretia iustitie vel saltem infert ea. Ad
illud dico q argumentu soluit se. cocedo enim q
habere iustitia e melius q posse habere 7 coce
do etia q impotetia habedi iustitia est magis
mala q carere iustitia et idem est carere potetia
habendi iustitia 7 carere iustitia sed ex caretia
potentie sequit carentia iustitie 7 iustitia inclu
dit ideo 7 si habere iustitia sit melius q posse
habere iustitia loquendo semp de potentia et
actu. no tn peior est quecunqz carentia iustitie q
quecunqz carentia potentie habedi iustitiam.

Ad tertium

Ad tertiu cum dicit q tuc qui aliqd omittit ad
quod tenet peccatu 7 culpa incurreret pcedo. 7
vltra admitto casuz q petrus omittat illud ad
qd tenet 7 q nullu habeat oino actu 7 paul9
ide omittedo hz actu volendi illud facere 7 di
co q no sequit pctm pauli foret ifinite malicie
itesiue 7 cu arguit q sic qz si esset finite malicie
pcise posset remitti ad subduplu 7 ad subtri-
plu 7 ita ptinue vsqz du foret equalis malicie
precise cu omissione sola. dico q no sequit nisi
omissio foret eiusde coordinatois cu illo actu
quod no est veru 7 ideo no sequit.

Ad quartum

Ad aliud
cum dicit nulla pena est debita p omissione so
la qz nec pena sensus nec pena damni. nego
illud 7 dico q tam pena damni q pena sen-
sus in casu debet omissioni. 7 ca dicit q pena
damni debet solu originali illud est falsuz. ym
mo illa pena proprie debet cuilibet peccato qz
quelibet culpa incopossibilis est beatifice visio
ni. Et vltra cu dr q si pena sensus debet p omis
sioe tuc in aliquo cau eqlis pena debet p pcto
omissiois sicut p vno actu culpabili. pcedo co
clusione q in aliquo cau tanta debet 7 aliqua
maior.

Ad quintum

Ad aliud cu dicit tunc omissio cosilij
foret maius pctm q omissio pcepti. nego pnaz
qz no oportet q omissio psilij sit mala ideo ar-
gumentu no valet.

Ad sextum

Ad aliud cu dr tuc qlibz
omissio illi9 ad qd ho tenet foret mala 7 culpa
bilis maxime vbi no interuenit aliud q exces-
sus. cocedo et admitto casuz positu. 7 tuc dico
q talis omissio p dilectione dei peccat qa ali-
que gradu omittendo peccat. sit ille gradus a:
tunc arguit sic a gradu omittedo peccat. ergo
omissio gradus a e pctm ergo ad gradu a tene
tur sub pena peccati. pns est falsuz 7 ptra casu.
ergo assumptu q hec est falsa a gradu omitten
do peccat 7 eade ratione arguit de omi gradu
7 ita infertur q nullu gradu omittendo peccat
Ad aliud cu dicitur q aliquc gradum omitten
do peccat sit ille gradus a admitto 7 vltra coce
do q omissio gradus a est peccatu in illo casu
posito scz in illo casu quo omittit diligere deu
7 tunc ca arguit omissio gradus a est peccatu
ergo ad gradum a tenetur sub pena pecca-
ti. nego pnam 7 ro estqz omissio gradus a est
peccatum non quia est omissio ipsius a precise
sed quia est omissio ipsius a 7 cuiuslibz alteri9
gradus ab a. si tn sic foret omissio a: quod non
cuiuslibet alterius no foret pctm qz tunc heret
aliquc gradum dilectionis 7 no omne dimitte
ret 7 ita no peccaret 7 ideo tuc omissio gradus
a non foret peccatuz. nunc aut in casu ipsa o-
missio gradus a est peccatu qz ipsa est omis-
sio cuiuslibet gradus no quia ipsa est omissio
ipsius a precise 7 ideo no sequit omissio gdus
a est peccatu g ad a gradu tenet sub pena pcti
qz quicuqz gradus que haberet faceret q omis
sio a non esset peccatum.

Ad nonum principale

Nono fuit argutu co-

tra pclusione sic. si oie pctm sit iputabile volu
tati ad culpam tunc primi motus essent iputa
biles voluntati. pna fuit pbata quia tales mot9
sunt pcta vt fuit osnsum p auctoritates Augu.
7 falsitas pntis fuit arguta p auctoritates ysi-
dori de summo bono. li. ij. ca. xv. Hic pmo vi-
dendu est q sunt pmi mot9. scdo si illi sut pcta
7 p hoc rndebit ad argumetu.

De pmis motib9

Quatuz ad p
mu dico scqndo dnm altissiod. sup scdm sen-
tentiaru vbi tractat de motibus pmis q mo-
tus pmi pnt intelligi ta sensualis q ronalis p-
tis. sicut em sensualitas corrupta est p pctm et
maculata: ita. 7 ro e io em aliqn an oez delibe-
tione ex sola propria corruptioe procedit in co
gitatione et delectatione scilicet ad actionem
illicita 7 sibi couenientem 7 tales cogitatioes
siu delectationes voluntatis rationalis con-
sequentes tale apprehensionem ronis vocatur
pmi mot9 sic delectatoes in pte sensitiua q se-
quut pmas apphesioes sensitiuas vocat pmi-

hĩ p̃mi motus sensualitatis. Dico tunc gene-
ralr̃ q̄ p̃mi motus sensualitat̃ nõ sunt pctã ꝑ-
prie sumẽdo pctm̃ p culpa: p̃mi tamẽ motus in
ꝑteronali aliqñ sunt pctã aliqñ nõ. Si. eñ pce
dant omnẽ cõsensum voluntatis tũc non sunt
pctã. Si m̃ assit ꝯsensus tũc sunt pctã. Illud
eñ videt̃ esse de intentione augu. vi. ꝯtra Iu-
lianũ. Ubi loquit̃ expresse de materia ista di-
cens de motibus illis qñ sunt peccata ꝛ qñ nõ
ymaginat̃ eñ q̄ ex macula originali maneret ĩ
hoĩe habitus viciosus qui ad appꝛhensionẽ ali-
cuius delectabilis scd̃m carnẽ cõmouet deside
ria actualia id est actuales delectatiões carna
les: dicit eñ sic. concupiscẽtia manet in hoĩe q̄
eius reatus trãseat. actu eñ manet non quidẽ
abstrahendo ꝛ alliciendo mentẽ eius sed ꝯsen
su parẽdo peccat sed mala q̄bus mens bellat
ꝯmittendo. ꝛ sequit̃ ipse quidẽ: motus act⁹ est
eius quãuis mente consentiente desit effectus
vbi expresse distinguit inter habitũ eius ꝛ actũ
ꝛ addit. inest eñ hoi malũ preter istũ actũ scꝫ
preter istũ motũ ex quo malo surgit hic motus
quẽ motũ dicim⁹ desideriũ non eñ semper est
desideriũ ꝯ qd̃ pugnemus. Sed ꝛ si tũc non sit
qñ occurrit qd̃ ꝯcupiscat̃ animo cogitãtis vel
sensui corporis fieri potest vt insit qualitas ma
la si nulla sit temptatiõe ꝯmota sicut inest hoi
timido timiditas ꝛ qñ non timet. ymaginatur
etiã q̄ hita appꝛhẽsione taliũ iste hitus nun po
test ꝯmouere tales motus malos ꝛ dicit sic. Cũ
n̄o occurrit qd̃ cõcupiscat̃ nec desiderãt̃ mala
nobis etiã nolẽtibus ꝯmouent̃ sanitas plena
est. isti ergo vocant̃ p̃mi motus ista scꝫ deside-
ria ꝛ actuales concupiscẽtie ꝛ isti motus nũq̄
sunt pctã nisi assit cõsensus volũtatis qd̃ etiã
ipse declarat eodẽ li. c. vi. circa mediũ vbi dicit
q̄ cõcupiscentia patiens est peccatũ partum
sed concupiscẽtia nõ parit nisi ꝯceperit nec cõ
cipit nisi intellexerit. hoc est (dicit ipse) ad ma
lum perpetrãdum optinuerit voluntas cõsen
sum. q̄d ergo aduersus eaꝫ dimicatur: hoc agi-
tur. ne concipiat pariatq̄ꝫ peccatum hic expsse
dicit q̄ actuales delectatiões carnales nõ sũt
peccata nisi assit consensus voluntatis: ꝛ hoc
superius in eadem auctoritate patet vbi dicit
q̄ mente nõ ꝯsentiente deest effectus id ẽ pec-
catum. hoc idem dicit contra Iulianũ ca. xvij.
Ubi loquens de ista concupiscentia ꝛ motib⁹
suis dicit q̄ q̄tum ad nos attinet sine pctõ se-
per essemus si ei nunq̄ ꝯsentiremus. Ad hoc
etiã est ysidorus li. ij. de summo bono capi. xxv.
Ubi dicit q̄ nõ possum⁹ ꝑuenire suggestiõib⁹
cogitatiõis prauę. Sꝫ tñ q̄ ipse cogitatões ma
neãt ĩ mẽte nr̃a h̄ẽ in ptãte ꝛ iõ illud ad culpã
nõ redigit̃ illõ ꝑpe ad culpã iputat̃. Ex quo vi

detur q̄ tales motus nõ imputant̃ ad culpam
nisi assit consensus volũtat̃. Per hoc ad argu
mentũ cũ dicit̃. Si omẽ peccatum sit imputa-
bile volũtati: tunc p̃mi motus sunt imputabi-
les volũtati. nego ꝯñam de forma. Et ad ꝓba-
tiõem. dico q̄ tales nõ semp sunt peccata. ꝛ ad
aug. vbi dicit in sermone de vtilitate agende
penitẽtie q̄ inq̄tũ ex causatione carnalis infir
mitatis motus repꝛhensibiles sunt improbiq̄ꝫ
surrepunt peccamus vtiq̄ꝫ ꝛ hoc fateri nos cõ
uenit ꝛc̃. Dico q̄ hoc intelligendum est qñ tali
bus motibus adest ꝯsensus voluntatis aliter
nõ sunt repꝛhensibiles. Sed ꝯtra hoc videtur
esse alia auctoritas allegata lib. ij. dis. xxi. ca. iij
que dicit q̄ tẽtatio que est ex carne nunq̄ est si
ne peccato. etiam si fiat absq̄ꝫ ꝯsensu volunta-
tis. potest dici q̄ cõsensus duplex est. vnus in
opus externus. alius in cogitationẽ solam vel
in delectationem ꝛ nõ in opus. ꝛ illud dictum
magistri intelligit̃ de ꝯsensu voluntat̃ in opus
extrinsecũ cũ actu interiori. si tamen vterq̄ꝫ cõ
sensus deesset nunq̄ fuisset peccatũ. vel potest
dici q̄ ibi sumit̃ pctm̃ nõ ꝑ reatu sine culpa. s̄
ꝑ eo reatu ex quo factum est cuiusmodi ẽ vi
tium illud ex quo oritur talis motus. ꝛ est tunc
ꝯsensus q̄ nunq̄ est tẽtatio carnis sine vicio:
ꝛ hoc est certum: quia vitium vt dictum est cõ
mouet ꝛ suscitat tales delectatões carnales q̄
sunt tẽtationes. Ex hoc tñ nõ sequit̃ q̄ semper
tale vitium imputet̃ ad culpam. nec est actus
sequens ex eo.

Ad vltimũ principale

fuit sic argutũ. omne pctm̃ si sit imputabile ꝛc̃.
tũc oĩs actus infideliũ cũ sit peccatũ imputa-
ret̃ ad culpam ꝯñs est falsum: vt fuit arguꝫ
Ad illud potest dici dupliciter. Uno modo cõ
cedendo ꝯclusionẽ q̄ omnis actus infidelium
est peccatũ iuxta opinionẽ magistri quã reci
tat lib. ij. dis. xli. cap. ij. Dicit eñ Aug⁹. sup illud
apli ad Rom. xiiij. Om̃e qd̃ nõ est ex fide pec-
catum est. Et oĩs vita infidelium peccatum
est ꝛ aplus Iacobi. ij. dicit. Qui offenderit in
vno factus est oium reus. Siliter Aug⁹. super
eplã ad Gal. dicit q̄ qui nullum implet mã
datum nullum opus bonũ facit. quia fidem ꝛ
charitatem nõ habet. Item Augu. contra Iu
lianum caplo. xij. per rationem q̄ oĩs actio
infidelium est peccatum. quia nullus actus eo
rum bene fit. s̄ male. quia recta carens inten-
tione. Ubi videt̃ esse illius opiniõis ex magno
ꝑcessu. Sed tñ opinio huic cõtraria verior vi-
det̃ mihi esse. scꝫ q̄ nõ omnis actus infideliũ
sit peccatum qñ tunc nullum opus eoꝝ foret
bonum moralr̃. ꝯñia satis apparet ex opposito

Respõ. ad formã argumenti.

Replica

Responsio

D D
Ad decimũ prin.

Responsio

Finis

quia omne opus bonū moralitʳ dignū est lau-
de sed manifestū est ꝙ nullum peccatū dignū
est laude cū peccato non debeatʳ nisi pena quia
scd̄m Augu. impij nō est premiū sed pena de-
betʳ. ergo nullū peccatū dignū ē honore vl' lau-
de. ergo nullū peccatū est bonū moralitʳ ꝛ ꝑ cō
sequēs nullum opus infidelis esset bonū mo-
ralitʳ. ꝯñs est falsum qꝛ Augusti. concedit mul
ta eorum opera bona esse licet non fiant in fi-
de sup illū locum psalmi. turtur inuenit sibi ni-
dum ꝛc̄. Ubi dicit ꝙ iudei ꝛ heretici ꝛ pagani
multa opera bona faciūt licet nō iudicio eccl'ie
quia vestiūt nudos ꝛ pascunt pauperes ꝛc̄.
Item si omnia opa eorum forent pctā ratione
maiori opa hereticoꝝ vel scismaticoruꝫ forent
pctā: ꝯñs est falsum. quia aliqua opera eorū di
gna sunt laude sicut vult Augu. in sermone de
patiētia ꝛ ponitʳ inter sermones suos volumīe
primo ꝛ est sermo. iiij. Ubi dicit si quis nō hñs
charitatē q̄ pertinet ad vinculū veritatis ꝛ pa
cis quo eccl'ia in aliquo scismate constituta ne
xp̄ꝫ neget patitʳ tribulatōes famē: ꝑsecutionē
flammas vel bestiasvel crucem vel ipsaꝫ mor
tem a timore gehenne nullo mō culpāda sunt
ista ymmo ex hoc laudāda est patiētia. Ex hoc
apparet ꝙ talia opa sunt bona moralitʳ ꝛ lau-
bilia quod non esset verum si essent pctā. ideo
dico ꝙ talia nō sunt peccata ymmo multa opa
infideliū sunt bona ꝛ meritoria non quidē vi-
te eterne sed diminutōis pene eterne seu boni
temporalis. Ideo ad ratiōes euidentias si-
ue auctoritates ꝑ ista ꝑ te. dico ꝙ Augu. aliqñ
dicit opa infideliū omnia esse peccata nō quia
peccant ex hoc ꝙ sic faciūt sed qꝛ oīa admitta
sunt cum peccato vel quia omnes infideles in
oīm actu eorū peccāt nō quidē male faciendo
.i. nō quia male faciunt. sed quia male omit-
tunt finē debitum ad quē referre deberent oīa
opera sua .s. charitatē. H̄ sentit magister sniarū
li. iiij. dis. xxxiiij. ca. viij. Ubi dicit sic. oīe quod
non est ex fide peccatum est. qd̄ non sic intelli-
gendum est vt quicq̄d fit ab infidelibus pecca
tuꝫ sit. sed omne qd̄ fit contra fidē id est cōtra
cōsciētiā male fit. vl' in oīni eo qd̄ infidelis fa-
cit peccat non quia illud facit sed quia eo mō
illud facit quo non est referens ad debitū finē
Et sic patet ad questionem ꝛ ad argumēta.

Ad ratiões respō siõis prime

Finis decisionis subtilissime magistri Ro-
berti holkot de imputabilitate peccati.

Sequitur determinationes quarundā questionū eiusdē magistri Roberti holkot: quas licet nōnulle earū semiplene sint: p̄termissas tamē: vt in epistola nostra diximus: nō oportuit. Verū nō desunt qui eas a discipulis holkot collectas putēt: aut ab ipso inter profitēdū in gymnasio publico dictatas: cum alij etiā scriptas ab eo velint. postmodū: q̄d neglexisse videtur: recognoscēdas et p̄ficiēdas. verū vtcūq₃ id sese habeat: boni equiq₃ consulas lector optime: et pro tua vtilitate sudatius susceptū munus benignius amplectare.

Determinatio holkot. Questionis prime.

A
Questio I
Argumentum primū principale

Trū aliquis

in casu possit ex precepto obligari ad aliq̄d q̄d ē cōtra cōsciētiā suam. Et nō q₂ si sic: ergo aliq̄s habēs consciētiā erroneā q̄ nō ē obediēdū p̄lato de studio in sacra scriptura: posset obligari ex p̄cepto prelati ad sic studēdū. cōña est plana et cōñs fl̄m: ergo illud ex quo seq̄tur sc₃ cōclusio. Falsitatē cōsequētis ego p̄bo trib⁹ medijs. Primo sic: quia si posset sic obligari aut erit dare maximū actū studij quo poss₃ se cōformare illi p̄cepto: aut minimū quo nō posset se cōformare illi p̄cepto. alterū illoꝝ dari opꝫ vt videt̄ ex quo nō est virtutis infinite: sed nec sic nec sic: ḡ et c̄. Et nō est dare maximū quo pōt nec minimū quo non potest. probat̄ sic. in infinitū pōt ip̄e intēdere actū studij: ergo null⁹ est act⁹ maxim⁹ studendi quē pōt hr̄e: nec mim⁹ quē nō. cōña ē bona: et añs ē verū ergo et cōñs. cōña p̄bat̄: q₂ si in infinitū pōt augere actū suū: vltra quēcūq₃ actū pōt habere maiorē: et p̄ cōñs nullus erit act⁹ maxim⁹ quē potest habere: ḡ nec minim⁹ quē nō: q₂ quēcūq₃ demōstres illū pōt hr̄e: ergo null⁹ est act⁹ quē nō pōt hr̄e. cōña est bona et añs p̄bat̄ sc₃ q̄ in infinitū pōt augere actū: q₂ ceteris parib⁹ cu₃ p̄fectiori obiecto pōt hr̄e p̄fectiorē actu₃ et meliorē: quia q̄nto ē cā p̄fectior tāto et effect⁹. cū ergo talia obiecta in infinitū possunt multiplicari: ḡ hēo p̄positū. Preterea si posset sic obligari ex precepto et c̄. q̄ hoc esset q₂ licitū est et nō cōtra salutē taliter studere vt suppono: et p̄ cōñs pōt obligari ad hoc ex p̄cepto. cōña p̄bat̄: q₂ ex regula. Nā tenemur obedire p̄latis in his q̄ nō sunt cōtra regulā et salutē aie: et tñ multa sunt talia q̄ non pñt p̄cipi. patet ḡ cōña. Sed falsitatē cōñtis ego p̄bo: q₂ aliqua sunt licita et nō cōtra salutē aie: et tamē nō pñt p̄cipi. Exēplū: violari ē licitū et tñ nō potest p̄cipi: q₂ nō pōt p̄cipi nisi q̄d pōt velle licite: cuiusmōi non est istud: ergo nec aliqua licita pñt p̄cipi: sicut studere: q₂ nō est maior ratio de vno licito q̄ de alio q̄ sic p̄cipet̄. Preterea nō esset rōnabile tale p̄ceptū dari habenti talē cōsciētiā: ergo tale p̄ceptū cū non obligat. et per cōñs non obligaret̄ talis ex precepto. Cōsequētia p̄bat̄: q₂ nullū p̄ceptū irrōnabile obligat. et añs p̄bat̄: q₂ tale p̄ceptū nō est rōnabile ex quo sequit̄ q̄ ille cui dat̄ tl̄e p̄ceptū necessario peccat. s₃ sic ē in p̄posito. ḡ et c̄. Maior p̄bat̄: q₂ si fecerit iux̄ p̄ceptū peccabit cō cōsciam suā: et iterū peccabit cō p̄ceptū nō faciēdo s₃ necessario faciet s̄m cōsciam vel s̄m p̄ceptū: et siue sic siue sic peccabit. ḡ necessario peccabit. cōñs fl̄m: q₂ tūc nō peccaret: q₂ s̄m aug. nullus peccat in eo q̄d vitare nō pōt. Ad oppositū. Nisi aliq̄s in casu possit obligari ad aliq̄d q̄d est cō cōsciam suā. sequit̄ q̄ p̄latus nūq₃ p̄ciperet subdito de quo stat q̄ sic subditus posset facere sibi cōscia₃ in oppositū et tūc nō teneret̄ obedire cōñs manifeste falsū. ḡ. In ista q̄one sūt q̄tuor articli iuxta tria argumēta. et in q̄rto r̄ndebo ad q̄onē. Prim⁹ articul⁹: q₂ argumētū tāgit de illa diuisione p̄bi de maximo et minimo ē inq̄rere vtrū illa diuisio sit bñ data. Sc̄ds articul⁹: q₂ tangit̄ in sc̄do articulo q̄ illō pōt p̄cipi q̄d ē licitū et nō cō salutē aie q̄ret̄ de illo. Terti⁹ articlus: q₂ tangit̄ in tertio argumēto q̄ hñs talē cōscia₃ necessario peccabit si det̄ sibi p̄ceptū. q̄rit vtrū talis cōscia obligat ad oppositū p̄cepti. Quarto r̄ndendū est ad q̄stionē. Circa p̄mū articulū sic p̄cedā. p̄mo dandus ē intellectus taliū terminoꝝ. sc̄do ponēde sunt cōclones. tertio arguendū est cō illas. Circa intellectū terminoꝝ ē aduertendū q̄ duplex ponit̄ diuisio in ista materia. Vna p̄ affirmationē de maximo et p̄ negationē de minimo. secūdo fit diuisio p̄ negationē de maximo: et affirmationē de minimo. Exēplū de primo: q₂ potētia sor. ad portandū lapidē finita ē. ḡ ē dare maximū lapidē quē sor. p̄t portare: vel minimū quē nō pōt portare. Nec alia diuisio p̄ negationē de maximo et affirmationē de minimo h₃ locū hic: vt postea patebit. Exemplū de secūdo p̄ negationē de maximo et affirmationē de minimo: vt q₂ non oīe cōtinuū est visibile a sorte o₃ dare maximū q̄d pōt: vel minimū q̄d non pōt videre. Est ḡ vt appet duplex diuisio. vna p̄ maximū in q̄d pōt aliqua potētia vl̄ minimū in q̄d nō pōt talis potētia. Alia ē p̄ maximū in q̄d nō pōt aliqua potētia talis: vel minimū in q̄d pōt. Maximū aūt in q̄d pōt talis potentia est illud quo nō est maius int̄ oīa illa que pōt talis potentia. Maximū in q̄d nō pōt est illud quo nō est maius int̄ oīa illa in q̄ nō pōt. Minimū aūt in q̄d nō pōt ē illud q̄d minus est int̄ oīa illa in q̄ pōt. Istis p̄suppositis ponēde sūt cōclones alique. Prima ē q̄ ille diuisiones tā date sunt bone. Probat̄ diuisio p̄ma sic. quia ē dare aliquē lapidē quē sor. pōt portare: et ille lapis p̄t augeri q̄ sor. nō pōt eū portare. ista duo cōdictoria verificantur successiue: sc₃ iste lapis

Probat̄ falsitas cōñtis primo

Secūdo

Tertio

Probat̄ maior

In oppositū

B
Decisio questiōis cōtinēs quattuor articulos

C
Prim⁹ articul⁹ cōtinēs tres p̄ticulas.

Prima

D
Sc̄da particula
Prima cōclusio

pōt portari a forte ⁊ iste lapis nō pōt portari a forte. accipio ḡ totū tps in quo verificat̄ pͥmū istoꝝ ⁊ totū tps in quo verificat̄ reliquū. ⁊ accipio mediū. Quero aut lapis iste possit portari a forte vel nō. Si pͥmū detur. sequit̄ ꝙ lapis iste erit maximus q̄ pōt portari a forte: q2 immediate post nō poterit portari a forte. ⁊ etiā3 in illo instanti poterit portari et nūq̄ post. ḡ in illo istā̄ti erit lapis ille maxim⁹ portabil' a for. Si det̄ alia ps ꝙ nō pōt portari a forte: sequit̄ ꝙ ille lapis erit minimus qui nō poterit portari a forte: q2 tunc nō potest portari a forte: ⁊ immediate ante potuit portari a forte. Sequit̄ ꝙ ꝑ viā ꝯdictionis est dare maximū lapidē quem potest portare: vel minimū quē nō pōt portare ⁊ ita sequit̄ ꝑ viā ꝯtradictionis ꝙ illa diuisio per maximū qđ pōt vel vel minimū qđ nō pōt fuerat bene data. Scđa diuisio ꝓbat̄. Quia illa diuisio q̄ fit ꝑ maximū qđ non: vel minimū qđ sic sit bene data. ħ ꝓbat̄ de potentia visiua fortis: q2 est dare aliquā rē que ꝑ se existens ꝓpter suā puitatem nō potest videri a forte ꝰm dispositiones quas nunc habet fortes: illa res potest sic augeri ꝙ potest sic videri a forte tūc ista sunt cōtradictoria. iste lapis potest videri a forte: ⁊ iste lapis nō potest videri a forte. ⁊ accipio totū tps sicut prius ⁊c. Et quero an in illo instanti medio poterit videri an nō: si sic cum immediate ante nō potuit videri. sequit̄ ꝙ in illo instanti medio est minimū visibile. Si non potest videri ⁊ immediate post poterit videri. sequit̄ ꝙ in illo instanti medio hoc ess3 maximū nō visibile: quia hoc tunc nō poterit videri: et omne maius eo poterit videri. nec tamen est alia diuisio ꝑ maximū qđ potest: vel minimu3 qđ nō potest: quia in illo instanti erit dare maximū quod poterat videre: nec minimū quod nō potest. ergo ꝑ viam cōtradictiōis sequit̄ ꝙ illa diuisio ꝑ maximū quod nō: vel minimū qđ sic sit bene data. Secūda ꝯclusio ꝙ ad inferendum illas diuisiones per maximū qđ sic: ⁊ minimū qđ nō. ⁊ maximū qđ nō ⁊ minimū qđ sic requirit̄ vna copulatiua vera ex subcontrarijs. quelib3 eñ potentia ex hoc finita est: quia in aliq̄d potest ⁊ in aliq̄d non. Exemplū de prima diuisione ex hoc ꝙ potentia fortis ad agēdum puta ad portandū est finita ⁊ aliqđ pondus potest portare ipse mediante sua potētia: ⁊ aliqđ nō: ex hoc finita ē. Si aūt posset quodlibet portare puta hoc pondus. ⁊ adhuc duplū ⁊ adhuc triplum. ⁊ sic infinicū non esset sua potentia finita ꝟ infinita. Ex illo sequit̄ ꝙ vbi est ꝓcessus in infinitum nō contingit inferre illa3 diuisionem: quia talia ⁊ subcontraria ex subcōtrarijs nō possent ibi ꝟificari ꝟbigr̄a: si fortes esset tante virtutis ꝙ posset portare a. lapidē ⁊ duplū ad a. ⁊ sic in infinitū non esset dare maximū lapidē quē posset portare. nec minimū quē nō posset portare: ergo isto posito quēcūq3 lapidem posset fortes portare: ⁊ per ꝯñs null' esset maxim⁹ quē fortes posset portare: nec minim⁹ quē fortes nō posset portare. Tertia cōclusio. ꝙ talis copulatiua ex talibus subcōtrarijs nō est per se sufficiens ad semꝑ inferendū illas diuisiones per maximū. Exemplū de prima diuisione: vt si ponatur vt verisimile ē ꝙ indiuidua alicui⁹ speciei sicut hōis nō possunt eē sub quacunq3 parua q̄ntate: nec sub quacūq3 magna: ⁊ cū hoc ꝙ nulla sit minima q̄ntitas nec maxima competēs tali speciei sicut possibile est ⁊ forte sic de facto est. ⁊ tūc agens naturale aliquā q̄ntitatē potest producere in indiuiduis talis speciei ⁊ aliquā nō: sicut patet. ⁊ tamē nō est dare maximā q̄ntitatē quā potest producere. De secūda diuisione patet hoc idem. ponat̄ ꝙ a. sit aliquod calidum vniformiter difformiter in calore: cuius vtrūq3 extremū terminet̄ exclusiue ad calorē: ita ꝙ gradus caloris ad quē terminat̄ extremū calidius sit gradus remissior inter illos gradus quorū quilibet est intensior q̄ aliquis gradus qui sit in illo sic difformiter calidior: et gradus ad quē terminatur remissius sit grad⁹ intensior inter illos gradus. quoꝝ quilibet est remissior q̄ qui ē in isto corpore difformiter calido: tūc aliq̄s grad⁹ caloris est in isto calido q̄ sic difformiter est calidus ⁊ aliquis nō est in illo sic: nō tamē minim⁹ gradus caloris qui sit in illo. nec maximus qui nō sit in illo. Et pat3 hec cōclusio ex quo terminat̄ ex vna parte ad gradū remissiorē q̄ sit in illo: ⁊ ex alia parte ad gradū aliquē intensiorē q̄ sit in illo. seq̄tur ergo ꝙ talis copulatiua non est per se sufficiens ad inferendū talē diuisionē. Quarta cōclusio quo ad hoc ꝙ prima diuisio que datur per maximū qđ sic. vel minimū qđ non inferatur ex tali copulatiua oportet ꝙ talis particularis affirmatiua huius copulatiue ex talibus cōtrarijs verificetur pro aliquo et pro omni minori illo pro quo sic verificatur. et ꝙ particularis negatiua possit verificari pro aliquo et pro omni maiori illo ꝓ quo sic verificat̄. ⁊ ꝙ qđlibet ꝓ quo particularis verificat̄ sit maius omni alio: pro quo verificatur affirmatiua. Et quādo ita est ex tali copulatiua infertur illa diuisio que datur ꝑ maximū qđ sic: ⁊ minimū qđ nō. Et probatur hec conclusio. nam accipio hāc copulatiuā: aliquē lapidē potest fortes portare et aliquē non que copulatiua sufficienter infert ꝙ aliquis lapis est maximus quē fortes potest portare mediante sua potentia quā tunc habet: vel mini-

E Secūda ꝯclusio

F Tertia cōclusio

G De scđa ꝓbat̄ ꝙ sit bona

H Quarta cōclusio

Probatur cōclusio quarta

mus quē nō potest portare mediāte sua potentia quā tūc habet particularis affirmatiua isti us copulatiue pro aliquo lapide verificat: ꝛ ꝓ oīm lapide minori: quia si potest qd̄ maius est: potest ꝛ qd̄ min⁹ est portare. Particularis aūt negatiua verificat semꝑ ꝓ aliquo ꝛ omni lapide maiore illo: quia si nō potest portare illd̄ qd̄ minus est: nec illud qd̄ maius est. ꝛ qd̄libet pro quo verificatur negatiua est maius oīm illo ꝓ quo verificat affirmatiua: quia quilibet lapis qui nō potest portari a sorte mediāte sua potētia quā habet est maior oīm lapide: qui potest portari a sorte. Dēs ergo cōditiones requiruntur ad hoc ꝙ talis diuisio possit inferri ex tali copulatiua ex subcōtrarijs: sicut iā in ista copulatiua. Ubi aūt iste cōditiones nō apponūtur nō infertur illa diuisio per maximū qd̄ sic ꝛ minimū qd̄ non. Uerbi gratia aliqua virt⁹ potest portare lapidē ꝛ aliqua nō: quia est ita ꝑua ꝛc̄. Non est dare maximā q̄ potest portare a. quia quacūq̧ virtute data que potest portare a. etiā minor virtus potest portare a. q: qd̄ minor potest portare vel facere: pōt ꝛ maior. Nec est dare minimā virtutē que nō pōt portare a. quia si sic illa virtus minima que nō pōt portare a. sit b. tūc sic b. nō potest portare a. ꝛ per ꝯñs nec aliquid minus b. pōt portare a. q: qd̄ maius non potest facere: nec min⁹ facere potest. ergo b. nō est minima virt⁹ que nō potest portare a. Et cota causa quare nō infertur hmōi iā dicta diuisio per maximū qd̄ sic vel minimū qd̄ nō: est q: ꝑticularis affirmatiua nō verificat pro aliquo ꝛ oīm maiori eo. Nec etiā ꝑticularis negatiua verificat ꝓ aliquo ꝛ oīm maiori eo sicut ꝓbat: ideo talis diuisio nō infertur ex tali copulatiua.

Z Quinta cōclusio

Quinta cōclusio. ꝙ ad hoc ꝙ ista diuisio scd̄a que est data ꝑ maximū qd̄ nō ꝛ minimū qd̄ sic inferatur ex tali copulatiua oportet ꝙ ꝑticularis negatiua verificetur pro aliquo ꝛ pro omni maiori illo pro quo sic infertur. ꝛ ꝙ illud ꝓ quo verificatur illa ꝑticularis affirmatiua sit mai⁹ oīm eo pro quo verificat negatiua. Uerbi grā: hec copulatiua. aliqd̄ est visibile ita paruū ꝙ non potest videri a sorte et aliq̊d potest videri sufficiēter. infert illā diuisionē per maximū qd̄ non ꝛ minimū qd̄ sic: quia est dare maximū visibile qd̄ non potest videri a sorte: vel minimū qd̄ sic. ꝛ sic negatiua verificat pro aliquo visibili et pro oīm minori illo visibili: quia si sic aliqd̄ visibile qd̄ nō potest videri a sorte propter suam paruitatē: nec illud qd̄ esset minimū illo posset videri a sorte. Similit̄ hec ꝑticularis affirmatiua verificatur pro aliquo ꝛ pro oīm maiori illo ꝓ quo sic verificatur: quia si sortes pōt videre illud qd̄ est minus a. potest videre illud quod est maius a. et qd̄libet pro quo verificat illa affirmatiua est maius omni illo pro quo verificatur negatiua. et ideo sufficienter infertur talis diuisio ex tali copulatiua. Si aūt iste conditiones nō apponūtur cū tali copulatiua ꝛ ex subcōtrarijs nō oportet ꝙ illa diuisio bene inferatur. Uerbi gratia ponat ꝙ hic sit vnū corpus cuius vna medietas sit alba et alia nigra: ꝛ sic aliquā albedinē habet in se illud corpus ꝛ aliquā non: ꝛ sic nulla est minima albedo quā habet illud corpus: nec maxima quā nō habet. Nō nulla sit minima quā habet patet nec maxima quā nō habet etiā quacūq̧ accepta quā nō habet: ex quo cōtingit dare albedinē minorē et maiorē in infinitū quā nō habet: quia quacūq̧ data quā nō habet adhuc est dare albedinē in duplo maiorē ꝛ in triplo maiorē quā nō habet: ergo illa data nō fuit maxima albedo quā non habet in instāti: quia si illā nō habet adhuc est vna maior quā nō habet. Et tota causa q̄re nō infertur diuisio est quia cōditiones supradicte nō sunt apposite vt dictū est.

K Sexta cōclusio

Sexta cōclusio est ꝛ sequitur ex duab⁹ immediate precedētib⁹ ꝙ opposito mō est de copulatiua illa ex subcōtrarijs q̄ infert talē diuisionē per maximū. Probatur. affirmatiua verificat pro aliquo ꝛ pro oīm minori illo pro quo sic verificat ꝛ pro quo sic infertur illa negatiua est maior. Sed in illa copulatiua que infert illā diuisionē per maximū qd̄ nō est totaliter equaliter. Patet ergo hec cōclusio ex duab⁹ cōclusionibus precedētib⁹.

L Tertia ꝑticula Cōtra cōclusionē primā argumētū ꝑncipale: de quo vide Q.

Contra primā cōclusionē. videtur ꝙ in his casibus predicte diuisiones nō sunt bene date: quia capio calorē vniformē aliquē actu: tunc iste calor aliquē calorē potest producere ꝛ aliquē non: ꝛ tamē vt videtur nō ē dare maximū calorē quē potest producere: nec minimū quē nō pōt ꝓducere. Primū nō potest dari scilicet maximū quē potest ꝓducere: quia accipio calorē illū sic maximū tūc ille calor potest produci in aliqd̄ subiectū: et per consequēs illud subiectū est maximū calefactiuū ab illo calore: tunc quero aut ille calor in extremo illius sic calefacti: magis distantis ab agente sit aliquis calor aut non. si non: ergo illud non fuit maximū qd̄ potest calefieri ab illo calore. Si sic: quero aut ille calor est alicuius certe intensionis: aut infinite remissionis. Scd̄m non potest dari: quia nullus talis calor est: ergo oportet dare primū scilicet ꝙ est alicuius certe intēsionis in illo extremo. ꝛ si sic: ergo remissiorē calorē poterit vlterius causare ꝛ per cōsequēs nō fuit maximū quod potest calefieri ab illo. Patet ergo ꝙ non est dare maximū calorē quē potest ꝓducere: nec minimū est dare quē non potest producere: ꝛ per cōsequēs

omnẽ minorẽ potest producere et omnẽ maiorem: quia illud calidũ vniforme potest sibi assimilare aliqđ passum sibi equale: et illa duo tertiũ: et sic in infinitũ: ergo nullus calor erit minimus quẽ nõ potest producere: quia oẽm calorẽ potest ipe producere ⁊c̃.

Ad idem

Adhuc cuꝫ arguitur de calore vniformi verum sit dare maximũ calorem quẽ potest producere. Dicũt aliqui ꝙ est dare maximũ calorem quẽ a. potest producere. Hoc ꝓbatur sic quia arguit̃. Nullꝰ calor potest esse precise duple virtutis in causando aliũ calorẽ. Cõsequẽtia est bona et ꝯñs falsum: ergo ⁊ antecedẽs. Falsitatẽ ꝯñtis probo: quia aliquo calore vniformi totũ est precise duple virtutis in causando aliuꝫ calorẽ ad suã medietatẽ: vel ad calorẽ equiualẽtẽ sue medietati. Probo cõsequẽtiã: quia si nõ esset dare maximũ qđ a. calidum potest producere: ergo nullũ potest dari tale qđ potest precise producere duplũ ad illuꝫ calorẽ qui esset productus ab a. ⁊ per ꝯñs nullus calor produci potest qui esset precise duplũ ad totũ productũ ab a. ergo nullũ calidũ possit dari qđ precise possit producere duplũ ad illud qđ ꝓducibile esset ab a. ⁊ ita nihil põt dari qđ ꝓcise esset duple virtutis ad a.

Secũdo

Preterea si nõ esset dare maximũ calorẽ quẽ a. posset producere seqtur ꝙ aliqđ calidũ qđ nõ esset ita calidũ sicut a possit tm̃ producere de calore sicut a. qꝛ accipio vnũ calidũ qđ habeat vnũ gradũ caliditatis citra gradũ summũ ipiꝰ a. qđ sit b. tũc b potest tm̃ producere sicut a. nisi detur ꝙ aliqs sit gradus maximus caloris quẽ potest a ꝓducere: ergo nisi a possit ꝓducere gradũ sibi equalem: sequitur ꝙ tm̃ possit b. sicut a.

Tertio

Preterea. per philosophũ potentia actiua terminat̃ per maximũ in qđ potest: ergo est dare maximũ calorem in quẽ potest a.

Replicatur ꝑmo cõtra dictãs rões

Sed contra illud. si aliquis esset calor qui sic esset maximus producibilis ab a. sit ille calor c. et qro vtrũ c. in extremo remotiori suo ab a terminet̃ ad aliquẽ graduꝫ intrinsece: aut non. Si nõ: ergo sequitur ꝙ nullus sit maximꝰ gradus caloris qui sit in c. quia quocunqꝫ accepto ille calor habet in vtroqꝫ extremo certã intensionẽ. Si sic ergo gradũ intẽsiorẽ potest c. vlterius causare.

Scđo principalit̃

Preterea sic ad principale. Si sit dare sic maximũ calorẽ ꝓducibilẽ ab a. ponatur ergo ꝙ producatur: accipio illud quod precise est calefactiuũ per calorem illũ sic maximũ productiuũ ⁊ quero sicut prius: aut in superficie remotiori ab a. sit aliqs gradus caloris: vel non. Si sic: cum non sit infinite intensionis in illo extremo: sequitur ꝙ erit alicuius certe intensionis: et per cõsequẽs intẽsiorem caloreꝫ poterit vlterius producere: ⁊ sic arguit̃ de quocũqꝫ. ergo nullus erit maximꝰ producibilis si in illo extremo modo nõ sit caliditas. ⁊ in oĩ puncto citra illud extremũ est caliditas. ergo illud totum ẽ minimũ calefactũ: quia hoc nõ erit calefactum. ⁊ omne minus eo nõ terminatũ ad extremũ remissius est calefactum.

M Cõtrã dictã ꝑmũ

Ex quo sequit̃ ꝙ nullus erit maximus calor ꝓductus: quia nihil est maximũ vltra illud totũ qđ sit calefactum ab a: ⁊ ꝑ ꝯsequens nullus esset maximus calor ꝓductus: quia nihil ẽ maximũ citra illud qđ agit calefactum ab a: et ꝑ ꝯsequens a est maximus calor. Iteꝫ dicetur aliter ꝙ est dare minimũ calorem quẽ a nõ potest ꝓducere ⁊ nõ maximũ quẽ potest: ⁊ hoc ꝓpter rationes adductas contra illam que ponit maximũ calorem qui potest produci ab a.

Cõtrã scđm

Contra ex isto sequitur ꝙ nõ posset sibi assimilare aliqđ passum. ꝯsequẽs est falsum: vt videtur. Probat̃ ꝯsequẽtia. da ꝙ possꝫ tunc illa pars sic assimilata que sit b cũ ipso a posset assimilare c. ptem que esset equalis ipsi b ⁊ sic in infinituꝫ cum quilibet calor ꝓductus ab a sit ita potens ad ꝓducendum calorem sicut a potest ⁊ ꝑ cõsequens cum b fuerit assimilata poterit ipsa cum a assimilare c. ⁊ a b c poterũt assimilare d. ⁊ sic in infinitum. ergo nullus erit minimꝰ calor quẽ nõ potest ꝓducere a.

N Resolutio dubij

Pro solutione istius dubij est notandũ ꝙ quidam sunt effectus ꝓducibiles qui dũ ꝓducunt̃ concurrunt cum ipsis agentibus ad ꝓducendum consimiles effectus sicut patet ex calore de frigiditate ⁊ multis similibus. Similiter hoc idem in aliquibus effectibus substantialibus. sicut patet de igne. Ignis enim dum ꝓducitur: producit ignem cuꝫ principali agente. Aliqui sunt effectus qui dum ꝓducuntur: non producunt cuꝫ principali agente consimiles effectus: sicut patet de albedine ⁊ nigredine. Non enim quando albedo ꝓducitur. tunc producit ipsa albedinem. Similiter aliqui effectus substãtiales sunt tales qui non ꝓducunt ꝯsimiles effectus cum principalibus agentibus. ⁊ fm̃ hoc ponentur hic alique conclusiones.

O Prima conclusio

Prima est ꝙ loquendo de talibus effectibus qui ꝓducunt similes effectus cum principalibus agentibus non est dare maximũ effectum quẽ possunt talia agentia producere nec minimũ quẽ nõ possunt producere.

Probatur cõclusio prima

Probatur ꝑ hoc quia agens principale in talibus potest sibi assimilare aliquod passuꝫ: ⁊ illud passum cum ꝑncipali agẽte sibi possunt assimilare equale. ⁊ sic in infinitum. ergo non est dare maximam quam potest assimilare: nec minimã quã non potest assimilare. quia vbi est ꝓcessus in infinitum: vt patꝫ supra: ibi non potest terminari copulatiua facta ex subcontrarijs: quia ꝑticularis negatiua

non potest ibi verificari. et tamen ad inferendum talem divisionem: vt prius dictum est requirit talis verificatio talis copulatiue.

Scdo probatur conclusio

Preterea secūdo de anima cōmēto .xli. pbat philosophus φ ignis nō potest esse causa nutrimenti. scꝫ qua te animal nutrit: quia est talis modus alterationis quo alteratur nutrimentū in subiectum hmōi: quia animalia essent infinita: quia ignis potest crescere in infinitum si apponatur combustibile. ergo ignis non est talis modus cause cum sm cōmentatorē ibidem omnis talis modus finitus sit et nullus talis modus poterit esse infinitus et dicit cōmentator ibidem φ ignis est talis nature φ non cessabit actio sua in aliquo dum combustibile fuerit. Ex qua auctoritate patet φ φtum est ex natura ignis non est dare maximū ignem quē ignis iste pōt cāre et totalis causa est: quia ignis quādo pducitur: producit ignem et assimilat sibi passum.

Scda cōclusio

Secūda ɔclusio φ loquendo de effectibus talibus qui nō totaliter cōproducunt effectus consimiles dum pducunt. videndum est si particularis affirmatiua huius copulatiue et sub cōtrarijs verificatur p aliquo: et omni maiori eo p quo sic verificatur et quodlibꝫ sub quo verificatur. sic et particularis negatiua sit maior omi eo p quo sic verificatur affirmatiua. et si sic semp est dare minimū effectum in talibus quē nō potest pducere: et hoc si particularis affirmatiua et negatiua fiant sine omi termino distributiuo. Quare autem dicatur: hoc dicetur post in solutione vnius argumenti: verbigratia de albedine b. Albedo est vna res tlis que nō pducit albedinem quādo pducitur. et de aliquo albefactiuo: puta de a est veruꝫ dicere φ aliquā albedinem potest ipsa pducere et oēm minorē vel consimilem et aliquā nō potest: nec aliquā maiorem: et nō est dare maximam quā potest producere. ergo est dare minimā albedinem quā nō potest producere. Mn nō sit dare maximā. Probatur sic. quia a fortius causat albedinem in partem ppinquam φ remotam. ergo quāto partes passi plus distant ab a. tanto remissiorem albedinem causabit a. cum ergo nō sit dare albedinē infinite remissionis. sequitur φ ad quācūqꝫ intensionem causabit albedinem. et p cōsequens nulla erit albedo maxia que poterit causari ab a: quia si ponatur φ sic. Quero aut illa est infinite remissionis in extremo remotiori ab a: aut nō. pmū non contingit dare: quia nulla talis est. ergo oportet dare φ sit certe remissionis. et p ɔsequens remissiorē albedinem vlterius causat vel potest causare et p ɔsequens pma albedo data nō fuit maxia

Relinquitur ergo φ sit dare minimā albedinē quā a. nō pōt pducere dupliciter: quia et duplā non potest: et φlibet minorē potest.

Scdo probatur conclusio

Preterea pbatur φ in talibus effectibus que dū producūtur nō producūt effectus cōsimiles nō sit dare maximā sed minimā quā nō: et hoc si pticularis affirmatiua verificatur pro aliquo et omni maiori eo: quia alia diuisio per maximū qd nō. et c. non habet hic locuꝫ. Probatur hoc sic: quia si esset dare maximū effectū quē posset tale agēs producere in isto casu: et pro quo posset illa particularis affirmatiua verificari sit ille effectus b. et agens a. tunc b. est effectus maximus quē a. potest producere accipio tūc totā resistentiā passi que est in productione ipsius b. ad a. et sit illa resistentia tota c. tūc quero: aut c. sit maior φ tota potētia actiua ipsius a: aut equalis: aut minor. Si maior: ergo a pro tūc nō pducit totū b. quia resistentia est maior quā a nō potest vincere. Si sit equalis: ergo c. est minima resistētia quā a non potest vincere et omnē minorē potest: et per cōsequēs adhuc seqtur φ non potest producere b. quia resistentia c. est tāta sicut potentia actiua ipsius a. Si minor: ergo sequitur φ potentia actiua ipsi' a: excedat c. resistentiam: et per ɔsequēs in aliquo. sed nō in aliquo indiuisibili: ergo in aliquo diuisibili. ergo p cōsequēs si excederet p medietatē huius excessus adhuc posset vincere c. resistentiā. et per consequens b. non fuit maximus effectus quē a. potest producere: ergo a. potest producere maiorem resistentiā φ sit illa tota resistētia que erit in pductione ipsius a. Seqtur ergo φ non sit dare maximū effectuꝫ quē a potest pducere in isto casu. et per cōsequēs ē dare minimū quē nō potest pducere et c.

Tertia cōclusio

Tertia conclusio est φ loquendo de talibus effectibus qui nō cōproducunt effectus cōsimiles dū producūtur si particularis negatiua verificatur pro aliquo et omi minori eo. et particularis affirmatiua p aliquo et omi maiori eo: et cū hoc si qdlibet pro quo verificatur affirmatiua sit minus omni eo p quo verificatur negatiua. et etiā si talis particularis negatiua et affirmatiua fiant sine omni termino distributiuo semp ē dare maximū qd nō potest producere et nō minimū. Quod pbatur quia in tali casu semp infertur talis diuisio per maximū qd nō: vel per minimū qd sic: sicut pri' ostensum est. et nō est dare minimuꝫ: g est dare maximuꝫ. M non sit dare minimū pbatur per exēplū: quia aliquid est continuū respectu partiū qd pter suā paruitatē si per se existat non potest videri a sorte sm dispositiōes quas tūc habet sortes: et per cōsequens nec aliquod con

timū minimū: ⁊ aliquod potest videri. ⁊ ꝑ cō-
sequens omē maius potest videri ⁊ omē illud
quod potest videri a sorte est maius omni illo
cōtinuo quod nō potest videri. Hic infert illa
diuisio ꝑ maximū qđ non ⁊ minimū qđ sic: si-
cut patet in istis terminis ꝙ non sit dare mini-
mū ꝯtinuū quod potest videri a sorte. patꝫ: qꝛ
tunc aliquid videret a sorte: cuius nulla pars
potest videri a sorte ſm dispositiōes quas tūc
habet sortes: quod videtur incōueniens. ergo
est dare maximū ꝯtinuū quod nō potest vide-
ri a sorte ſm dispositiones quas tunc habet.

Scḋo probatur

Preterea si sit dare minimū quod potest vi-
deri. sequitur ꝙ particularis negatiua verifi-
catur: ⁊ tunc erit dare minimū pro quo verifi-
catur talis particularis affirmatia. sit illud er-
go a. ⁊ potētia actiua b. si ergo a sit minimū in
quod potest b. ergo potentia resistitiua ipsius
a est maior ꝙ potentia b vel equalis vel mior
Si maior. ergo b nō potest in illud. ⁊ ita nō est
minimū in quod potest b. Si equalis: ergo est
minima in quā non potest b. ⁊ per ꝯsequens a
nō est minimū in quod potest. Si minor: ergo
potentia b excedit potentiam resistitiuam a. ⁊
per consequens in aliquo. ergo si excederet me-
dietatem hmōi excessus adhuc posset b in a. er-
go b potest in minus ꝙ in a. ergo a non fuit mi-
nimum in quod potest b. Ex prima conclusio-
ne istarum trium patet quid sit dicendum ad
illud dubium ꝙ scꝫ non est dare maximū calo-
rem quē a agens potest producere ꝙtum est ex
se: nec minimum quē nō. Quilibet enim calor
quando producitur: comproducit calorem: vt
dictum est. in talibus vero non est dare maxi-
mū: qđ sic: vt ibidem etiā dictū est.

Ad argumēta pn cipalia

Ad argumenta principalia

ꝙ sit dare maximū. Ad primum dici-
Ad primū
tur ꝙ aliquod agens est precise duple virtutis
ad aliud sic ꝙ a quocūꝗ ꝓducitur vnū potest
illud produci. quod. s. sit precise duplum ad il-
lud. ⁊ ꝓpter hoc potest vna potentia precise di-
ci dupla ad aliam. ⁊ sic nullū est dare maximū
producibile ab alio: quia nullum tale maximū
potest dari.

Replicatur

Contra. ex isto sequitur ꝙ vir-
tus minor esset dupla ad maiorem virtutē: qꝛ
in casu arguendo. in quēcunꝗ calorem pōt a
calor maior potest in illū calor minor. ⁊ in du-
plum ad illum: quia accipio aliquem calorem
qui sit a. in quēcunꝗ calorem potest a. et pars
a concurrit cum toto a in causando calorem
saltem partialiter. Cum ergo in infinitum po-
test calor extensiue augeri. sequitur ꝙ in quēcū-
ꝗ calorem potest a in illꝰ duplū pōt pars a: ⁊
econtra: ergo per illam oportet ꝙ virtus minor
esset dupla ad maiorem.

Responsio

Ideo dicitur aliter:
quia accipiendo virtutē agentis penes illud
quod ipa potest sic dico: ꝙ nulla virtus est pre-
cise duple virtutis ad aliam: quia demonstra-
ta quacunꝗ virtute nō est dare maximū in qđ
potest: ⁊ per consequēs nullum in quod potest
vnū illorum est precise duplū ad illud in quod
potest aliud. qđ tamen requiritur ad hoc ꝙ ali-
quid esset precise duple virtutis ad aliud.

Ad secundum

Ad
aliud dico: quia si ponatur ꝙ a. sit vniformiter
calidū aliquo certo gradu ita ꝙ nō habeat ali-
quem gradū maiorem in se illo gradu: et b. ha-
beat in se omnē gradū citra gradū ipsius a. tā-
tum calorem extensiue potest b. causare sicut a.
quia ad quācūꝗ distantiā potest a causare ca-
lorem intensiue et b. potest: licet intensiue b. nō
potest tm̄ calorem intensiue causare: sicut po-
test a: quia a. potest causare gradum propriū. b
non potest tantū causare: quia non habet tan-
tum gradū.

Ad tertium

Ad tertiū de philosopho dico ꝙ
non est intentionis philosophi primo de celo
dicere ꝙ est dare simpliciter maximū per quod
potentia actiua terminetur: ita scꝫ ꝙ in tantū
potest et non in maius. Sed intētio sua est ibi
ponere scilicet ꝙ est dare maximū numerū ta-
lium per quem potentia actiua terminetur. Et
hoc patꝫ per exēpla sua. Nā postꝙ posuit dif-
finitionem naturalis potentie actiue. et ꝙ po-
test dari per vltimū quod est in re de potentia
prima. et per vltimū quod potest talis res. Ex-
emplificat: vt si quis potest perambulare decē
passus: potest perābulare duos passus. Et qui
potest decē libras ferre: potest duas libras fer-
re. ecce ꝙ exempla philosophi vadūt ad hoc ꝙ
est dare maximū numerū taliū in quem potest
Unde sic loquendo est dare maximū in quod
potentia actiua: id est maximū numerū taliū
in quem potest potentia actiua. Uerbi gratia:
ponatur ꝙ possem portare centū libras et non
plures: et sic centenarius librarū esset maximꝰ
numerus taliū in queꝫ possem: et vna libra est
numerus talium in quē non possem. Unde est
dare maximū numerū taliū in queꝫ potest ta-
lis potentia: et minimū numerū in quē non po-
test. Cum isto stat ꝙ non est dare maximuꝫ qđ
potentia potest portare: quia cum isto stat cen-
tenarius librarum ⁊ vna libra est minima quā
non potest portare: et omne minus potest: et ꝑ
ꝯñs potest portare centū libras ⁊ medietatem
vnius libre: vel centū libras et tres tertias vni-
us libre: et sic in infinitū: ergo sequitur ꝙ nullū
est simpliciter maximū qđ potest portare. Hoc
idem patꝫ de potentia passiua. diffinitur enim

per minimū eius in quod potest. Ponit exem plū: vt si non potest ferre centū libras: ipse non potest ferre centū ⁊ vnā. ita ꝙ vult philosophꝰ ꝙ est dare minimū numerū taliū: per quē terminatur potētia passiua: ⁊ non minimū simpliciter per qḋ terminatur: ita ꝙ si centū libre termināt potentiā passiuā alicuius: minor numerus nō terminabit eius potentiā passiuā. Unde idem numerus erit minimꝰ numerus terminans potentiā passiuā eiusdem.

R
Oritur dubium

Sed hic est dubium. Dicebatur em̄ in scḋa cōclusione de efficientibus non producētibus effectus consimiles dū actu producūtur: vtputa de albedine ꝙ nō sit dare maximā albedinē quā a. agens potest producere: quia hoc dato illa esset infinite remissionis in extremo remissiori ab agēte: quia dato ꝙ non: vel ꝙ esset certe intensionis in illo extremo sequitur ꝙ remissiorē albedinē causasset. Ulterius illa prima data non fuisset sicut maxima: vel ꝙ per tēpus egisset in illud extremū inducendo albedinē non augendo partem continuatā illi extremo inducēdo albedinē remissiorē. Et sic diceretur ꝯsequēter de omi pte illius. ꝙ sic a. albefit vt a. quia agens prius induxit albedinē ad aliquē certū gradū in totam illā ptē continuatā illi pti: ⁊ ita nulla erit pars eius quod debet sic albefieri cōtinue ⁊ per aliquod tēpus: qḋ est incōueniēs. Sed contra. ex hoc sequitur ꝙ si aliquod corpus debet sic albefieri per motū per partē ante partē ꝙ non contingit dare primū instās a. in quo hec pars vel illa esset albefacta: tunc sit illa pas x: tūc est dare primū instans quo a. pars est albefacta. et si sic sequitur ꝙ in illo instanti esset albedo infinite remissionis in extremo remotiori ipsius a. ab agente: quia si esset in illo instanti alicuius certe intensionis albedo minor in illo extremo sequeretur primo ꝙ albedo prius fuisset causata in illo extremo ſm medietatē huius intēsionis: ꝙ ſm illā totā intensionē: quia agens vniformiter intendit albedinē in extremo remotiori ipsius a. et in extremo propinquiori ipsius a. mō in extremo ꝓpinquiori a. nulla albedo causatur ibi ſm aliquā intensionem: quin in illo extremo prius fuit causata albedo minus intēsa ergo eodem modo in extremo remotiori: et per cōsequens non est dare primū in quo hec pars erit albefacta. Et consimiliter arguitur de quacunqꝫ parte sicut arguitur de illa. Et ita patet ꝙ illud non fuit primū instās: in quo hec pars fuit albefacta.

Pro solutiōe dubij

Prima conclusio

Pro solutione istius dubij ponende sunt alique conclusiones. Prima ꝙ nullius partis quod debet albefieri est dare pmū: in quo ipsa sit albefacta per motum. Hec conclusio ꝓbatur ꝑ argumentum īmediate precedens.

Scḋa cōclusio

Secūda cōclusio ħ est ꝙ nō est dare pmū instans in quo aliquis gradus albedinis siue albedo inducitur in aliquam partem illius quod sic debet albefieri: quia si sic ponatur ꝙ a esset illud instans: tunc in a esset pmo verum dicere ꝙ nunc inducitur aliquis gradus albedinis in aliquam partem ipsius quod sic debꝫ albefieri ⁊ nunꝙ̄ prius inducebať aliquis gradus albedinis in aliquam partem huius quod debet sic albefieri: quod est indubitāter falsum quia ante quēcūqꝫ gradū inductum in aliquaꝫ partem ipsius ꝑus inducebať aliquis gradus remissius. ⁊ per ꝯñs nō est dare primū in quo aliquis gradus albedinis inducitur sic per motum.

Tertia cōclusio

Tertia conclusio est ꝙ vniuscuiusqꝫ albedinis est dare pmum instans in quo aliquis gradus albedinis siue albedo inducitur ꝑ motum: quia nisi cuiuslibet albedinis gradus esſꝫ dare primū in quo inducitur per motum sequitur ꝙ oporter dare vltimū in quo non inducatur talis albedo ꝑ motum: sit a ergo aliqua albedo vel aliquis gradus inducendus per motum ⁊ sic b vltimū in quo nō inducitur talis albedo vel talis gradus per motum ⁊ īmediate post erit albedo ꝑ motuꝫ vľ talis gradus inductus ꝑ motū ⁊ sit mō d instans isto casu posito seqť hec cōclusio ꝙ aliquid erit inductū ꝑ motū postꝙ̄ nō fuerit inductū ꝑ motuꝫ ⁊ nūꝙ̄ desinet induci per motum puta ipm̄ a. ꝯsequens falsum. Q̄ autē hec conclusio sequatur patet per hoc: quia si a desinet induci per motuꝫ aut ergo in b aut in aliquo instanti post d. nō in b: quia tunc arguitur sic hoc dato a nunc hic non inducitur per motum puta in hoc instanti b et a inducetur per motum: quod est incōueniens Si autem dicatur ꝙ a desinit induci per motū non in isto instanti d. sed in aliquo instāti post b. Contra: quia inter quodcūqꝫ instans post b est tempus medium. ergo si b sit vltimū in quo a non inducitur per motum. sequeretur ꝙ immediate post d a inducetur per motum ⁊ non in aliquo instanti post d vt ꝓbatuꝫ est. ergo in b a desinet induci per motum ⁊ in d a incipit induci per motum. ergo in eodeꝫ instanti a desinit induci per motum ⁊ incipit induci ꝑ motum. Q̄ autem in b a incipit induci ꝑ motum patet per te: quia dato ꝙ in b a non inducitur per motum ⁊ īmediate post inducitur per motum. ergo in b a incipit induci ꝑ motum. Preterea si sit dare vltimū in quo nō inducitť ipsuꝫ a per motum: sit illud istans b. sicut prius: ⁊ sit modo instans d. tunc quero aut in isto instanti d est aliqḋ acquirendum de a aut nō. Si nō sit

aliquid acquirendū de a: ergo illud instans b. non erit vltimum in quo non inducitur ipsum per motum: cum nihil restat nunc acquirendū de ipso a. Si ergo dicatur ꝙ est aliquid acquirendū de ipso a. cū illud non ponatur aliquod indiuisibile ipsi⁹ a. ergo seq̄t ꝙ erit aliqđ diuisibile: et per consequēs tempus erit anteq̄ illud acq̄retur siue inducetur in hoc instanti b. ꝛ per consequens erit vltimū in quo non inducetur primo ipsum a. per ipsum motū.

Quarta cōclusio

Quarta conclusio est quā in hac materia etiam ꝓbabiliter teneo: ꝙ q̄diu aliquid quod sic albefit per motum per partē ante partez manet vniformiter difforme in albedine ꝙ ſm se vel aliq̄d sui nulla erit maxima albedo que erat etiā in toto subiecto: dūmodo ipm vel aliq̄d sui sic manet vniformiter difforme album. Hec conclusio patet quia accipio aliq̄d sic vniformiter difforme albū: et diuido in duas medietates: ꝛ sit vna medietas a. ꝛ alia b. quo sic accepto et diuiso probabiliter arguitur sic. Cuiuscūqꝫ partis ipsius quod debet sic albefieri vniformiter difforme per motum est dare primuz instans in quo illa pars ſm extremū remotius ab agente est albefacta sub tali gradu ꝛ non prius. Probo: quia quando habet illū gradū ꝛ non maiorē: tūc est albefacta tanto gradu ꝛ non maiori: ꝛ per consequēs ipsi⁹ ptis q̄ est medietas illi⁹ totius qđ sic vniformiter difforme albefit est dare primū in quo ipa est albefacta ſm extremū remotius ab agente sub tanto gradu et non maiori. Sit ergo modo primū instās in quo illa medietas est albefacta sub isto gradu certo ꝛ non maiori Argumentor tunc sic: isto gradu nūc primo est a. albefactū ſm illud extremū remotius ab agēte: ergo nunc est a. albefactū sub tanto gradu ꝛ nihil vltra: et per consequens nihil ipsius b. est nunc albefactū sub tanto gradu et immediate post hoc aliquid ipsius b. erit albefactū sub tāto gradu: q̄ cū in illo extremo ipsi⁹ b. cōtinuādo ad ipsum a. est modo alius gradus continuās istum gradū qui est in extremo ipsius a. copulato ad ipm b. oportet ꝙ sit minus intensa ꝛ sub minori gradu: cū quicqꝫ duo gradus distant diuisibiliter sequitur ꝙ tēpus foret anteq̄ induceretur gradus eque intensus in extremo ipsius b. copulato ad ipm a. cum illa albedo nō est intēsa sicut illa albedo que nūc inducetur in extremo ipsi⁹ a. copulato ad ipm b. oportet ꝙ sit minus intensa et sub minori gradu. Cum ergo quicūqꝫ duo gradus distent diuisibiliter: sequitur ꝙ tēpus erit anteq̄ inducetur gradus eque intensus in extremo ipsius b. copulato ad ipm a. sicut est gradus ille qui modo est in extremo illius a. copulato ad ipm b. et per consequēs ꝙ non immediate inducetur gradus cōsimilis siue eque intensus in extremo ipsius b. copulato ad ipm a. sicut est gradus maxim⁹ qui est in extremo ipsius a. copulato ad ipm b. quod falsuz est. Seq̄tur ergo ꝙ b. in extremo illo habet omnē gradū citra illum qui est in extremo illius a copulato ad ipm b. ꝛ non habet illū graduz: et per consequēs nulla est albedo maxima quam habet b. in illo extremo: et ꝑ cōsequēs nulla est albedo que est in b. ꝛ ita nulla erit maxima albedo que erit isto modo constituto ex a. ꝛ b. qđ fuit ꝓbandū. Et similiter arguitur de quocūqꝫ vniformiter albo probandu ꝙ nulla erit maxima albedo que erit in illo vel in cōposito ex illo et vniformiter albo.

Cōtra primā cōclusionē arguitur primo

Cōtra primā cōclusionē que fuit talis. ꝙ nullius partis ei⁹ qđ debet albefieri est dare primuz in quo ipsa sic albefacta per motum. quāuis sit mihi probabilis: tamen Arguitur primo. quia si nō sit dare primū in quo hec pars sit albefacta: ergo oportet dare vltimū in quo hec pars non erit albefacta. alterū oportet dare vt patz per viā contradictionis accipiendo totum tempus in quo erit albefacta: ꝛ totum in quo non erit albefacta. ꝛ queratur vtrū in instanti medio erit illa pars albefacta vel non erit. Patet ꝙ oportet dare ꝓmū in quo ꝓmo erit illa pars albefacta: vel vltimū in quo nō erit illa ꝑs albefacta Ex quo ergo nō est dare primū in quo hec pars erit albefacta: sicut prius est ostensum: sequitur ꝙ oportet dare vltimum in quo non erit hec pars albefacta. Accipio ergo aliquā partē que debet albefieri: et sit illa pars a. ꝛ sit modo illud instās vltimū in quo nō erit albefacta pars: et īmediate post pars erit albefacta. Et quero tunc aut totum a est totō albefactum aut non. Si totuz a sit nūc albefactū: et certū est ꝙ prius non fuit albefactum: ergo est nunc albefactū post: ꝛ nō vltimū in quo non. Si non sit modo albefactū ipm a. ergo adhuc restat aliq̄d ipsius a. albefaciendū. Et cū illud quod est albefaciendū de ipso sit sibi diuisibile ꝛ non indiuisibile sequitur ꝙ tempus erit anteq̄ totō a erit albefactū. Patet ergo ꝙ oportet dare primū in quo hec pars est albefacta: et non vltimum in quo hec pars est calefacta.

Secūdo

Preterea. sit b. vnū nigrū: ꝛ a vnū album: et agat b. in a. corrūpendu nigredinem et inducendo albedinē Arguitur sic. cuiusqꝫ partis ipsius a est dare primuz in quo nigredo totaliter corrūpatur: in illa parte etiā est dare primū in quo aliqua ꝑs ē albefacta: ergo cuiuscūqꝫ partis ipsius a. est dare primum in quo ipsa erit albefacta. Cōsequētia est bona: et antece

dens verum: ergo et consequens. Consequētia pbatur: quia accepta aliqua pte ipsius a. que debz albefieri ab ipso b. si esset dare primū in quo nigredo tota corrūperetur in illa parte nisi illud instans esset primū in quo illa pars esset albefacta: sequitur ꝙ in illo instanti illa pars non esset alba nec nigra: et ita esset dare vnū instās in quo subiectū non esset sub aliquo terminorum immediatorū: quod est incōueniens. Ponatur ꝙ albedo et nigredo sunt omnino immediata. Et probatur cōsequēs ꝙ sit dare primū in quo nigredo totaliter corrumpitur: quia si non: ergo esset dare vltimū in quo non corrūpitur nigredo totaliter in illa parte. Et si sic sequitur ꝙ nigredo aliqua est in illa parte: et per cōsequēs tempus erit anteꝗ̄ in illa parte nigredo totaliter corrumpatur: cum quelibet nigredo sit diuisibilis secundum extensionem: quia nulla nigredo existere potest in subiecto indiuisibili: et per consequens non est dare vltimū in quo non corrūpatur nigredo in illa parte: ergo est dare primū in quo nigredo totaliter corrūpatur. Et ita vt probatum est sequitur ꝙ est dare primū in quo

Tertio

illa pars est albefacta. Preterea probo ꝙ sit dare primū in quo nō hec pars ē albefacta per motum. Ponatur ꝙ sit vnū spacium et moueatur a. super b. continue albefaciendo ipsum b. per partem ante partem. Ita ꝙ a habet solam virtutē albefaciendi partem ipsius b. supra quā superponitur: et non maiorem. tūc cuiusꝗ partis ipsius b. est dare primū in quo ipsum a supponitur ipsi parti: ergo cuiuslibet partis est dare primū in quo ipsa erit albefacta per motum

Quarto

ab ipso a. quod fuit probandum. Preterea si non sit dare primū in quo hec pars erit albefacta per motum: ergo eadem ratione in motu locali non erit dare primū in quo hec pars vel illa erit pertransita per motum localem. Consequens falsum: ergo illud ex quo sequitur.

S

Ad primum

Ad ista argumēta possit faciliter respōderi: nō enim videtur magni pōderis. Quia tamen proposita sunt respōdebo ad ipsa. Unde dici potest ad primū quando arguitur. aut est dare primū in quo hec pars est albefacta: vel vltimum in quo hec pars non erit albefacta. Dicitur ꝙ est dare vltimū in quo a. non est calefacta. Et cum ponatur ꝙ sit modo illud instans. Et cum arguitur

Obijcitur

Sexto sic. faciēs opus seruile in sabbato grauius peccaret si cōtinuaret opus per totū sabbatum q̄ si cessaret cito post principiū: sed sicut preceptuz de obseruatiōe sabbati obligat ꝓ certo tempe ita cetera p̄cepta eius que sunt. Non mechaberis nō furtum facies obligāt pro omni tempe ergo plus peccat magis violans de tempore ⁊ transgressione illoꝝ preceptoꝝ.

Septimo

Septimo sic. pono q̄ deus p̄cipiat aliq̄bus duobus eq̄libus in omnib' natura'ibus q̄ ipsi incipiāt aliquod opus certū et cōtinuēt per vnam horā integre et incipiāt simul et cesset vnus multo citius q̄ alius. tūc vterq̝ cōtra preceptū cesset añ finez hore ⁊ ex equali volūtate tūc arguit̄ sic. primū cessans plus peccat: q: minus adimplet de isto qd̄ p̄ceptū fuit: s; hoc nō esset cū cetera sunt paria nisi tp̄s aggrauaret: g̊ ⁊c̄.

Octauo

Octauo sic. si nō tunc penitenti iniūgat̄ aliqua penitentia cōtinuanda p certū tp̄s: si aliūde actus penitentie fuerit finitus circūstantijs paribus: p totū illō tempus nō plus meretur q̄ si in medietate istius tpis actum illum egisset: si tamen solū vnus actus fuisset sibi iniūctus. ꝯn̄s est falsum: quia tunc discreti confessores ꝓrogarent huiōi penitentias.

Euasio

Si dicat̄ q̄ sic immo: q: difficilius est p multa tempa ꝯtinuare actū: ⁊ ideo magis meritoriū.

Reprehensio

Contra ista rn̄sio ꝯcedit ꝓpositū q̄ illa difficultas non crescit de duratione in maiori tempe ceteris paribus ⁊ hoc est ꝓpositū.

Nono

Nono sic. tunc incipiens aliquē actū meritoriū et ꝯtinuans istū p aliquod tp̄s magnū cū ceteris circūstantijs paribus nihil mereret̄ nouū post p̄ncipiū actus q̄diu ꝯtinuaret sub circūstātijs ergo si nō haberet melius de cōtinuādo: melius esset cessare statim post p̄ncipiū ⁊ incipere nouū actum in alio interuallo q̄ntūcūq̝ remissuz si p actum ꝯtinuatū nō augeatur meritū. ꝯn̄s falsum.

Decimo

Decimo si diligens meritorie p aliqd̄ tempus ꝯtinue bene vtit̄ tota parte tpis ⁊ nō sicut de qualiber potentia saltem noua rōne sufficie meret̄ nouū meritū. ergo ⁊c̄. Iste sunt rationes ꝓ ⁊ ꝯ.

Prima distictio

Jam ponā distinctiōes que z idā: q̄tū p̄ma est q̄ duplex est tp̄s vicz tp̄s cōe quo oīa mēsurant̄ fm̄ eoꝝ duratiōnē qd̄ est mot' ⁊ tempus compositūz quo vnaqueq̝ res quo ad suam durationē mensuratur qd̄ tēpus non differt ab ipsa re.

Scd̄a distinctio

Secūda distinctio est q̄ tp̄s circūstat actum moralē tripliciter. Primo mō sic q̄ cū tempe aucto auget̄ difficultas ꝯtinuādi actum fatigantē virtutē opatiuaz vel ꝓpter alterationē ad diminuendū actū vel circūstātialia retrahentia ab actu. Secūdo mō tp̄s sic circūstat actū q̄ post actum inchoatū vtilitas sit causa motiua ad operandum. Tertio modo ꝯtingit licet raro q̄ tempus sic circūstat actuz q̄ nō cū quocūq̝ augmento tpis crescat aliqd̄ augmentū meriti. ⁊ tunc ex circūstantia tēporis nihil circūstat nouū actuz nisi bonus vsus noui tempis.

Tertia distinctio

Tertia distinctio q̄ tp̄s potest intelligi circūstare actum meritoriū dupliciter Uno modo sicut aliquid deputatuz vel debitū determinate ex p̄cepto vel ꝯsilio diuino ad mensurandū actum Alio modo q̄ ex libertate voluntatis sit assumptū ad mensurandū actū qui posset fieri in nō tpe vel minori vel maiori ad placitū.

Quarta distictio

Quarta distinctio est abusus tēporis. Uel bonus vsus pōt intelligi duob' modis: quia aut tpis in actu aut tpis in potentia

Abuti aūt tpe i actu nō est aliud ꝙ numerata duratione et electiōe velle actū malū tanto tē/pore durare. Abuti vō tpe in potētia nō ē aliud ꝙ abuti actu mēsurabili ꝛ nūerabili ab aīma scḋm pus ꝛ posterius. Nā temp⁹ in potētia nihil addit in potētia sup motū mēsurabilē sicut pȝ quarto phisicoꝝ. Istis p̄suppositis dico ad pūctum istius articuli ꝛ loquar de tempe cōi vel ꝓprio ꝛ de tempe in actu si circūstat actū meritorium vel demeritoꝛiū p̄mo modo scḋe distinctionis videlȝ ꝙ crescit alia ꝛ alia circūstantia puta diffinitiua opādi aut itētio volūtati aut auctio durationi: tunc bene verum est ꝙ causetur meritū vel demeritū ex augmēto tempis et hoc duplr potest eē. Uno modo quia aucta deliberatiōe vtitur ista cā sibi cōcessa in vsum actu numerādo duratōnē alterius Alio modo causa ex tempe quia ab initio tempis aucti cepit augmētari bona vel mala circūstantia alia a tempe aut de nouo incepit. Si vō temp⁹ circunstat sic actū ꝙ non crescat cū actu bona circunstātia vel mala videlȝ tertio modo secūde distinctiōis: tūc nō est crementū nisi ex vsu bono tpis vel malo ex quo cremēto nō sequit nisi possibilis infinitas meriti: sed difficile aut impossibile videt augere temp⁹ mensurās actum nisi bonitas aliūde augeat. Unde finalr dicit ꝙ videt assentiendū parti affirmatiue cōclusionis videlȝ ꝙ circūstantia tpis auget meritū vel demeritū opationis circūstantijs manētibus eisdē. hec sunt dicta de verbo ad verbū in respōsione ad questionem respōdendo ad argumēta ꝓ pte negatiua. ꝛ finaliter ad multa argumenta cōtra eū replicata videt dicere ꝯȝ videlȝ ꝙ sola circūstātia tempis nō auget meritum vel demeritū opatiōis nisi aliūde aliqua circūstātia crescat bona vel mala. Unde in respondēdo ad argumentū cuiusdam ꝯtra eum replicāt dicit hec est positio mea. ꝛ fuit in isto articulo ceteris manētibus paribus sic ꝙ cum tempe nō crescat aliqua alia circūstancia in bono vel in malo circūstātia vel augmētum tpis nō auget meritū vel demeritū opationis. Uñ ꝯ hanc negatiuā ꝙ circūstantia tēporis nō auget meritū ꝓcesserunt argumēta diuersoꝝ facta cōtra euȝ nō contra affirmatiuā. Unde obscure videt scripsisse et quasi contrarie: ergo tenet partem negatiuā nō obstante ꝙ argumenta ꝓ ista parte soluat: manifeste patet ex dictis suis ad argumēta illa.

Ad primum Rn̄sio cuiusdā

Ad primū respōdet sic quādo arguit sic ꝙ si circūstātia tempis auget tūc maius tempus magis augeret. Dicit ꝙ verum est si cum tempe crescat aliqua alia circunstantia: si nō crescat circūstantia nisi bon⁹ vsus tempis tunc ex illa solū crescit ꝛ cuȝ deducitur ꝙ ita cresceret meritū in infinitū si iō voluerit bn̄ agere p infinitos dies. nō sequit: q2 q̄ vult bn̄ vel meritorie vti aliquo tpe q̄ntūcūq; puo sub aliquo certo gradu ꝯstat ꝙ tunc nō vult aliquo tpe futuro abuti. ꝛ per ꝯn̄s interp̄tatiue vult ꝛ censendus est bn̄ velle vti oīm tpe futuro si deus hoc vellet volūtate p̄cepti. ꝛ idem ē meritū cōfidens bone voluntati qua q̄s vult vti aliquo tpe q̄tūcūq; puo: ꝛ qua vult vti infinito. bonus tn̄ vsus de facto maioris tpis ē vt cōiter maioris meriti ꝓpter difficltatē ꝛ alias circūstantias q̄ nūc crescant cū tpe licȝ nō ꝯtinue. Idem dicendū est de volente peccare: vel de voluntate peccandi p vnū diem ꝛ p infinitos. q̄ cū voluerit p vnū diem peccare mortaliter: tollit sibi ptātem bene agendi p infinitos dies si posset durare. ꝛ ita tanta ē volitio respectu vnius diei sicut respectu oīm. vsus tamen de facto diutumior peior est vt cōiter ꝓpter incrementū cōiter ꝯtingens de facto: circūstantiarū malarū ꝛ volitōis in se q̄ crescit vel in bono vel in malo vt cōiter cū ꝯtinuatiōe opatōis ꝛ tpis. Si arguat ꝯtra istā rn̄sionē sic. peius est peccare diutumius ꝙ breuius ceteris parib⁹. ergo peius est velle peccare diutumius ꝙ breuius. negat ꝯn̄am: q2 qui vult peccare p vnum diem vult interp̄tatiue peccare p tp̄s infinitū.

Ad secundum

Ad secūdum qn̄ deducit ꝙ eliciens actum remissum subito nō tm̄ meret q̄tum mereret ꝯtinuando actū p tp̄s. Concedit. si tn̄ ille q̄ meret sit capax ꝯtinue maioris meriti scḋm intensionē ꝛ si sic. cum hoc crescat alia circūstantia bona. Si vō alterū illoꝝ deficiat: nō sequit. In xp̄o aūt deficit potestas plus capiēdi ꝙ habuit in p̄ncipio sue ꝯceptionis. ꝛ ideo nō potuit in merito pficere.

Ad tertium

Ad tertiū qn̄ arguit ꝙ ex multitudine ꝛc̄. Dicit ꝙ verū est eo mō quo dictum est de tpe: vicȝ si positis duobus instantibus alia circūstantia augeat: nō tamen est possibile ꝙ hoc fiat in quolibet instanti sequēti: ꝛ ideo licȝ sit multitudo infinita instantiū: nō tamē sequitur infinitas meriti nec bonus vsus instantis sequentis quicq̄ addit sup vsum p̄mi instant: nisi sit aliq̄ alia circūstantia aucta quā necesse est augere si fuerit aliq̄ diu ꝯtinuatio actionis Ecce in rn̄sione ista ꝛ argumenti p̄cedentis satis exp̄sse dicit ꝙ bonus vsus tpis vel instātis posterioris nō auget meritū actionis nisi aliq̄ alia circūstantia augeatur. ꝛ p ꝯn̄s ceteris parib⁹ ꝯtinuatio tpis nihil facit ad meritū vel demeritum. ꝛ hec ē pars negatiua articuli ad cōclusionem quā tenet.

Ad quartum

Ad quartum quādo arguitur ꝙ faciens aliquē actum remissum in aliquo genere meriti cōtinuando p tēpus possit tantū mereri faciendo actum eiusdem generis

intensissimū aliquo tempe. Respōdet q̄ hoc ē bene possibile: nec tñ sequit̄ ex hoc q̄ oīs viator plus remisse diligēs p continuationē tēpis solū possit diligere deū eq̄lr cū xpo: q2 null⁹ s3 legē ordinatā attinget tantā capacitatē q̄tā3 habuit xp̄us et nullus poterit p oīa circūstātia re ita actū suū: ₇ cū hoc dictū est p̄us q̄ maius tēpus nō plus addit intēsioni meriti q̄ minus aucta alia circūstantia. Et ad p̄hm li. ethicorū q̄ meli⁹ est modico tēpe magnu3 agere q̄ diu remisse p3.

S Ad quintū Ad q̄ntū quādo arguit̄ q̄ tūc cāto esse alicuius de potētia dei absoluta vl̄r quodcunq3 tempus signabile talis potest mereri vl tra quodcūq3 meritum signabile quātūcunq3 esset remisse charitatis s̄m intellectū volētem: aut posset venire in via ad tantū meritū q̄ maius nō poss3 mereri. Respōdet q̄ secūda pars est possibilis de potētia dei absoluta cōseruāte sic creaturā ₇ nō augēte ipsius capacitate3 talis eī post īpletā charitatē merebit̄ idē pluribus actibus sicut fuit in auctoritate Augu. in epistola ad hieronymū ₇ alie similes ītelligūt̄ de lege statuta q̄ iam currit de duratione.

T Ad sextū Ad sextū quādo arguit̄ q̄ si deus faceret oīa q̄escere ₇c̄. Respondet̄ dupliciter. Primo modo q̄ illa actio fieret in tēpe: q2 illa actio numeralis esset tempus in potētia ₇ vt actu nūerata s̄m p̄us ₇ posterius esset tēpus in actu sicut de motu tenet̄ qui vt est actu nūerat⁹ s̄m p̄us ₇ posterius est tempus suū p̄priū: tamen ista declaratio p̄supponit̄ diuisioni sue s̄m p̄us ₇ posteri⁹ verū est q̄ p̄supponit̄ p̄oritate materie ad formā. s3 diuisio s̄m p̄us ₇ posteri⁹ p̄supponit̄ sibi ecōtra prioritate forme ad materiā. ₇ talis p̄oritas duplex est inter motū celi ₇ tp̄s. Alio mō dicit q̄ dici posset rōnabiliter q̄ si oīa q̄escerēt preter petrū elicientē illū actū q̄ nullū temp⁹ foret: q2 nullus motus esset: q2 posito isto actu nō foret petrus mutatus p illū: q2 per illum in nullo se haberet diligēs aliter q̄ p̄us respectu vllius rei.

V Ad septimū Ad septimū de auctoritate Hugonis dicit q̄ facit p op̄ione dicta si intelligit̄ ille p̄portionabil̄r de tpe. Neutrū eīm addit de bonitate vel malitia nisi q̄tum eo3 vsus est bon⁹ vel malus quātū cū ipsis crescit aut circūstantia bona vel mala: nec est possibile aliter eē nisi p modica miseria vel miserabili q̄si vt dicit hugo. Argumēta eīm dicit p pte affirmatiua quā teneo ad sic dicendū in parte ɔclusionis sup⁹ posita. Unde non op3 ea soluere h: nec ad p̄ns ea discutio.

X Ad p̄mū p̄ncī. Ad rōnes p̄ncipales. Ad p̄mam quādo arguit̄ q̄ q̄tūcūq3 homo viueret in statu ₇c̄. Potest cōcedi tenēdo viā secunda3 quā in p̄mo articulo q̄d nō esset deuenire ad sūmū gradū sibi possibilē. ₇ tunc posset facere opera meritoria ₇ nihil nouū ei corr̄ūderet de premio eēntiali: s3 idē q̄d pridē sibi debet̄ multiplici⁹ ₇ simili modo de merito: ₇ tūc o3 cōcedere q̄ nō plus aliquis punit̄ in casu p pluribus pctis q̄ p paucioribus ₇ forte nō est incōueniens q̄ñ ita est q̄ ille qui peccauit tantā penam meruit quantā potuit sustinere. tūc eīm nō plus potest sibi infligi. ₇ hec respōsio fuit data in arguēdo Unde ad reductionē quādo arguit̄ ɔtra illud sequit̄ q̄ aliquis plus poss3 mereri ₇c̄. q2 ponatur q̄ sortes habeat nūc summū gradū meriti. Ad ista ɔ̄nter potest dici q̄ ista ɔ̄ña non valet si est dare summū gradum meriti in sorte: q̄ sortes pōt plus mereri q̄ deus potest sibi recōpēsare illo casu q̄ sortes habeat summū gradum meriti. ɔcedo q̄ post si stet in statu viatoris poterit facere opera bona et meritoria: sed nulli⁹ premij noui s̄m vnā opinionem quā ponit in lib. iiij. dist. v. q̄ angeli nihil nūc seruiendo merent̄ ad beatitudinē q̄ prius acceperūt. Et q̄ñ arguitur q̄ tūc sortes post summū gradu3 sibi possibilē p̄mij adeptū frustra bñ viueret: nego Nam q̄a tūc tenet̄ totis viribus diligere deū si remisse viueret intraret pctm̄ mortale vel veniale: ideo ad cōtinuandū summū gradū iam acceptū tenet̄ bene viuere. Siīr̄ isto cāu posito forte deus daret sibi nouū p̄ceptum. vnde ista merita nō faceret frustra. Unde quādo arguit̄ q̄ talis fecit plura merita q̄ deus posset recōpensare: falsu3 est. immo oīa merita que posset facere in infinitū essent digne cōpensata minimo gradu beatitudinis si placeret deo. Siīr̄ dico q̄ si cōcederet̄ q̄ deus nō posset eum premiare nouo p̄mio p illis nouis meritis nl̄a ex hoc arguit̄ īpotētia in deo: sed hoc est ex impotētia merēt̄ q̄ nō potest plura recipere p̄pt̄ suā finitā capacitatē.

Y Ad tertiū Ad tertiū quādo arguit̄ q̄ simil̄r homo posset mereri tpe. Dico q̄ aliq̄ue3 eē debitorē est dupliciter. Uno modo obligat̄ ad reddendū mercedē operāti ex certo operis valore absolute. ₇ sic non est possibile q̄ homo faciat deum debitorē ad dandā vitam eternā. Alio modo potest homo facere debitorem aliquē ex tensiue et cōuentione ₇ acceptōe alteri⁹ volētis sibi obligari. ₇ sic est possibile q̄ de⁹ sit debitor hominis: quia sic statuit cum homine q̄ si seruauerit legē suam reddet sibi vitā eternā Et tunc vlterius arguēdo aut potest deus premium reddere isti aut nō potest. Dico q̄ de potentia dei absoluta potest nō reddere isti: quia nō est debitor homīs nisi q̄ vult esse debitor. ₇ ista stant simul vult sibi ₇ debet sibi vitam eternam. ₇ tamen potest nunq̄ voluisse sibi vitam eternā ₇ potest nunq̄ fuisse suus debitor. Unde sicut patebit quādo dicet̄ deo dāte de futuri

cōtingētibus. Unde ista ꝯsequētia non valet deus potest facere vel nō facere qđ debꝫ ergo deus potest fieri iniustus: qꝛ antecedēs est cōtingēs ꝛ ꝯsequēs impossibile. debet em̄ modo aīam me xp̄i vitā eternā extendēdo nomē debiti Similr̄ quando arguit̄ si deus est debitoꝛ vite eterne: ergo nō daꝫ de gratia. Patet ꝙ ꝯn̄tia non valet capiēdo debitorē secūdo modo. ulterius quādo arguit̄ ꝙ deus possit fieri de nō ꝛc̄. Dico ꝙ nō est simile de isto termino amicꝰ. Nā bene ꝯcedendū est ꝙ iste terminus debitoꝛ de nouo pōt competere deo ꝑ solā matationē soꝛtis icipiēt̄ bene viuere. sed nō est sic de isto termino amicus: ꝛ ideo vna denoīatio istius termini amicus de nouo arguit matationē in denoīato ꝛ nō alio et h̄ si ille q̄ de nouo d̄ꝛ amicꝰ ꝑus fuit. ꝛ sic loquit̄ augustinꝰ quia verū est ꝙ satis concedendū est ꝙ deus fit de non amico amicus. Nam dato ꝙ nūc creet vnā animā intellectiuā predestiatā. Dico ꝙ nūc ꝑmo ē deꝰ amicus illius anime: quia nō potest amicꝰ esse ad nihil.

z

Ad tertiū. Ad tertiā potest dici ꝙ antecedens est falsum: videlꝫ istud qđ apprehēdit̄ vt maiꝰ bonū magis inclinat semꝑ voluntatē. Nā demones apꝑhendūt deum vt bonā infinitū et peccātes in via similiter ꝛ tū nō diligunt eum sicut inuidus apprehēdit ꝓximā meliorem se: tamen illa apprehēsio nō causat dilectionē ꝫ odium.

z ar

Ad scdm pn̄cipale. Ad scdm ꝑncipale quādo arguit̄ ꝙ si vie viuēdi ꝛc̄. tūc hoc maxime eēt de via mandatorū ꝯcedo. Ad improbationē autē qn̄ dicit̄ ergo homo obligat̄ ad obseruantiā mandatorum in charitate vel tantū ad faciendū subam actus cadētis in mādato vel ad omittendum sicut mandatū iubet. Dicendā ꝙ homini nō solum sufficit obseruātia mādati q̄tū ad subam actus: quia sic existens in peccato mortali pōt obseruare mandatū. Et quādo arguit̄ contra illud sic: quia sic homo nō posset implere mandatuꝫ virtuose. Dicendū ꝙ ꝑma ꝯsequētia nō valet. Ad dictū Aristo. iij. ethicoꝝ. c. quarto. ꝙ virtuosus agēs ꝛc̄. Dico ꝙ Aristoteles extendit nomen sciētie ad fidem et opinionē. vn̄ nō requirit̄ ꝙ ad hoc ꝙ homo agat v̄tuose ꝙ sciat omnes circūstantias actus sui sciētia ꝓprie dicta. sicut nō est necesse ꝙ homo dans elemosinam sciat sciētia ꝓprie dicta ꝙ ille cui dat sit indigēs: sed sufficit fides vl̄ opinio. Et eodem modo ad hoc ꝙ homo virtuose obsequat̄ ꝛ obseruet diuina mandata non oportet ꝙ sciat se in charitate sciētia proprie dicta: sed sufficit ꝙ credat.

Ad scdm ar. Ad scdꝫ quādo arguit̄. quia si sic tūc existens in furto ꝛc̄. Dico ꝙ duplex est transgressio. vna cōpleta alia diminuta. Completa est quādo totū preceptū q̄tū ad substātiaꝫ actus et modaꝫ ꝑcepti ꝑtermittit̄. Diminuta quādo aliq̄d quod includit̄ in ꝑcepto ꝑtermittitur. ꝑmo modo nō transgredit̄ oīa precepta q̄ transgredit̄ vnū: ꝛ ideo nō est nisi vnū peccatum et vnus reatus. Secūdo modo transgreditur oīa quicūq; peccat mortalit̄ ꝛ ꝑtermittit vnū generale quod est inclusum in oī mandato.

Ad tertium. Ad tertiū quādo arguit̄ ꝙ si melius caderet in precepto xp̄i ꝛc̄. Dico ꝙ illud testimonium nō habet fieri per scio sed per credo sicut in purgatiōibus ꝛ depositōibꝰ de litteratura ꝛ de moribꝰ apud alios obseruatoꝛes. ꝛ tal: testimoniuꝫ cōsciētie habet homo quādo non est sibi cōscius de mortali.

Ad quartum. Ad quartum quando arguit̄ ꝙ gratia nō reddit actū volūtatis: ergo nō requirit̄ ad cōpletionē ꝑcepti. Potest dici negādo ꝯn̄am. ideo enīꝫ requirit̄ qꝛ placeat deo d̄ facto qꝛ homo ꝑ actus liberi arbitrij nō mereat̄ nisi sit ꝙ anima sua tali habitu informetur.

Ad quintū. Ad quintū quādo arguit̄ aut gr̄a satiat animā ꝛc̄. Dicendū ꝙ satiat gr̄a animam ꝛ adiuuat ad implenduꝫ ꝛ ad bene operandū sicut expresse patet scdo sententiarū. ꝛ neganda est ꝯsequētia iuuat ꝛ satiat: ergo homo potest ꝑpendere se habere gr̄am. Dico ꝙ licet homo nō ꝑpendat se pfecte habere gr̄am loquēdo de ꝑpensione sciētifica. potest hoc tamē per cōiecturas ꝓbabiliter cōijcere. scilꝫ ꝙ est in gratia quādo experit̄ se promptū: ꝛ delectat̄ implere mandata vel velle implere mandata. Unde dato ꝙ gratia nō iuuet ad intensiorē actuꝫ. tn̄ nō sequitur ꝙ nō iuuat: quia iuuat ad h̄ ꝙ ille actus qui nō foret acceptus ad vitam eternaꝫ q̄tumcūq; intensus sine gratia: iam existente gratia est dignus vita eterna ex lege statuta q̄ nūc currit. Sed quādo vlterius arguit̄ quāto minoꝛ est difficultas in impletione mandati ꝛc̄. Dicēdū est ad maiorē ꝙ nō omnis difficultas circa actū auget meritū nec omnis facilitas diminuit meritū alioquin habituatus qui facilius operat̄ virtuose q̄ nō habituatꝰ minꝰ merer̄ ceteris paribus: ꝯsequēs est falsum: q̄a si ista difficultas augeret ꝑse sibi meritū. sequeretur ꝙ ex mora actōis. vel obstaculo eēt ꝑfectio operātis quod non est verum si operās fuit causa illius difficultatis sicut assuetus ad peccandū patitur difficultatē in abstinendo se a peccato: sed ista difficultas nō auget meritū immo est culpabilis difficultas: qꝛ ipm̄ in volūtate fuit illicite causa illius difficultatis: sicut nec oīs impotētia excusat hoīem ab actu respectu cuius est impotēs: qꝛ impotētia que in hoīe fuit illicite causa nō excusat ꝑm ans̄. ꝑmo cur deus homo. c. xiiij. sed ipa impotētia in culpa est. sic pꝫ ad istā discursum ꝙ ꝯcessa minore

BB
Ad tertiū pñci.

maior est neganda ⁊ etiā absolute. Ad tertiū pñcipale ↄcedendū est ꝙ ꝑ viam penitētie hō pōt mereri vitā eternā ⁊ ad totū illud argumētū ptȝ ꝑ ea que dicta sunt in scd̄o articulo ↄclusionis.

Ad quartū

Ad quartū siliter pñcipale qñ argui̾ si sic tunc magis esset meritoriū bonū opus ꝑ diem ꝙ̄ ꝑ horam ceteris circūstantiis paribus dictū est ad illud in tertio articulo.

A
Questio III

Utrū volūtas hu-

mana in vtendo creaturis sit libera

Primū pñcipale

⁊ videt̾ ꝙ nō: qꝛ sic sequeret̾ ꝙ volūtas creata esset infinite virtutis. ↄñs falsum qꝛ sic foret deus. ↄñam pꝛ̄mo: qꝛ volūtas in vtēdo creaturis ordinate patit̾ difficultatem. Unde aristo. ij. ethicoꝝ. virtus ↄsistit circa difficile. q̄ro ꝗ aut voluntas pōt sup difficultatē maiorē ⁊ maiorē in infinitū vel nō. Si pꝛ̄mū habeo ꝓpositū. Si scd̄m ꝗ aliq̄ difficultas vincet volūtatē: ꝗ nō sꝑ libere vtit̾ creaturis.

Scd̄m

Scd̄o sic. fortiori tētationi resistit volūtas: ꝗ pꝛ̄ma volūtas sup fortiorem tētationē: ⁊ fortiorē. ⁊ sic sine statu vel nō. si sic. ergo est infinite virtutis. si nō ꝗ potest vinci a tētatione. ↄñs ↄtra Anß. de libero arbi. c. vi. vbi inquit difficultas nō perimit volūtatis libertatem. impugnare nāqꝫ potest inuitam voluntatē. expugnare nequit inuitaȝ.

Tertiū

Tertio sic. inter quecūqꝫ duo est resistētia ibi est ꝓportio infinita: quia si alterū esset infinitum alterum sibi nō resisteret: ꝗ cum inter tentationē ⁊ voluntatē sic actio ⁊ resistētia qñ volūtas resistit tētationi sequit̾ ꝙ inter volūtatē resistentē ⁊ tētationē illicientē est ꝓportio finita: ergo vna potent sic excedere aliam ꝙ vincet ipam: igit̾ volūtas potest vinci: ꝗ nō est libera in vtendo.

Quartū

Quarto sic. si volūtas esset sil̾ libera nec aliquā difficultatē in eliciendo actus suos sentiret: sequit̾ ꝙ nō esset difficili⁹ velle subire martyriū ꝙ̄ leuare festucā. Cōfirmat̾ rō. qꝛ si volūtas pōt eque facil̾r agere circa materiā difficilē sic circa materiā facilē sequit̾ ꝙ nō erit magis ꝟtuosuȝ ꝟuare p̄cepta ⁊ ↄsilia ꝙ̄ ꝟuare p̄cepta tm̄. ↄñs f̄lm. ⁊ ↄ̄ scīos ⁊ etiā aristo. q̄ dicit. iij. ethicoꝝ. in fine difficilius ē sustinere terribilia ꝙ̄ abstinere a delectabilib⁹. ⁊ iō ↄcludit ꝙ fortitudo ē melior tpanti a ꝗ volūtas pt difficultati ⁊ vitra vinci nisi ponat̾ īfinite resistētie qd̄ est ꝓpositū.

Quintum

Quinto si sic. tunc volūtas libere pñcipiaret actum suū. ↄñs falsum: qꝛ vel qñ actus est vel quando nō est. nō quando est: quia omne quod est quando est necesse est esse pꝛ̄mo periarmenias: sed liberum arbitriū non est respectu p̄sentis vel p̄teriti sed tm̄ futuroꝝ. ꝯm magistrū libro. ij. distin. xxv. vbi vult ꝙ voluntas libere causat actum suuȝ. Nec quando act⁹ nō est qꝛ qd̄ nō est nō cāt̾ vt notū ē.

Sextū

Sexto sic. volūtas nihil potest velle nisi sit sibi cōmodum ⁊ bonū: ergo nō est in sua ptāte quid velit aut q̄d diligit.

Septimū

Septimo quero que est causa ꝙ volūtas ponit̾ ꝓducere libere actus suos et nō videt̾ alia nisi ꝙ si nō cāret libere act⁹ suos nō esset ꝓpter eos laudabilis nec vituꝑabilis nec mereret̾ nec demereret̾: sed ista cā nō ē ꝟa quia sic si deus imediate causaret actū diligēdi se ꝑ ipm̄ homo nō posset mereri. Et similiter sequit̾ ꝙ ꝓducere talē voluntatem esset magis meritoriū ꝙ̄ ipa met dilectio. ⁊ sic agere dilectionem maius esset ꝙ̄ diligere.

Octauum

Octauo q̄ro an volūtas est cā sola sue volitōis aut aliq̄d aliud opȝ cōcurrere. si dē̾ scd̄m tūc oꝫ aliā correspōdentē necessario cōcurrere ad cāndū volitionē ꝗ volitio nō est in mera ptāte volūtat̾ nec causatur sil̾r a potētia libera. si nō ↄtra. nihil amat̾ nisi cognitū: ergo cognitio requirit̾ necario ad dilectionē. qꝛ ꝯm Aug. oīs amor ꝓcedit ex aliq̄ notitia q̄ notitia cōcausat amorē: sed notitia ē causa naturalis ⁊ nō libera: ergo dilectio causatur a causa naturali saltē sicut a causa prialī: ꝗ cū actus volūtatis nō depēdet a sola voluntate: volūtas nō erit simpl̾r libera.

In oppositū

Ad oppositū arguo sic. nisi volūtas hūana posset libere vti creaturis frustra dare̾t hōi p̄ceptū de vsu creaturarū. hat̾ em̄ a deo p̄ceptū de dilectiōe ꝓximi. ⁊ cōstat ꝙ nō debet illo frui: ꝗ ⁊c̄. Preterea nisi volūtas libere actus suos cāret non rōnabil̾r ponerent̾ leges: ⁊ īponerēt̾ pene vel pꝛ̄mia et hoc etiā tenet aug. de li. arbi. ⁊ anß. per totū.

C
Prima cōclusio

In ista qōne pono tres ↄclusiones. Prima est etiā ꝙ volūtas est cā libera suoꝝ actuū saltem aliquoꝝ. q̄ ↄclusio patet expimēto ⁊ auctē. experimēto sic vult Arist. i exēplo. ij. phisi. capio aliquē q̄ pōt ire ad forū ⁊ pōt nō ire ad foꝝ si tal̾ vadat: peto que est cā imediata illius itineris nō potest dici ꝙ aliq̄d aliud ꝙ̄ volūtas: qꝛ sicut homo expeditur in se si aliquis sibi dicat ꝙ ibi vadat potest libere non ire si vult. Similiter si aliquis sibi dicit ꝙ non eat potest libere ire si vult. Unde talis experiētia satis ratiōabiliter persuadet arbitrij libertatē. Item patet auctoritate aristotelis octauo Metaphisice. ⁊ scd̄o ꝑiarmenias ꝙ est vna differētia īter potētias rōnales ⁊ irrōnales ꝙ posit̾ oīb⁹ q̄ requiritur ad actionē naturalē. s. approximatōe agēt̾ ad passum ⁊ medio disposito ⁊ cessante omni impedimēto extrinseco nō est in ptāte agētis qñ sit actio sicut ignis approximat⁹ ligno cessante īpedimēto statim agit ⁊ illō dicit arist. ꝙ potētie irrōnales determinant̾ ad vnū ⁊ nō valēt ad oīa: sed potētia rōnalis sic se habet ꝙ posit̾ oībus req̄sitis ad eādē opationē sicut cognitiōe

rei et v̄tute agnoscēdi sufficiēte adhuc remāet in potētia volūtat eliccre opatiōnē vel nō elicere. Et ideo dicit Aristoteles ꝙ potētie rationales valēt ad oīa: sed volūtas ē potētia rōnalis sicut patebit in tertia ɔclōne ꝛc.

D
Scd̄a conclusio

Scd̄a cōclusio ꝙ volūtas nō solū est causa suoꝝ actuū passibilis sed etiā actiua. Hec cōclusio ꝓbatur sic. ꝓpter solā receptōnē ab extrinseco nō debetur illi recipiēti laus vel vituꝑatio ꝗ ꝓpter actꝰ volūtatis debet volūtati laus vel vituperiū: igit actus volūtatis nō recipiūt mere ab extrinseco. Confirmat q: scd̄o Ethicoꝝ nullꝰ laudat ꝓ eo qd̄ non est in ꝑtāte sua. Scd̄o sic. illud qd̄ alicui imp̄mit mere ab extrinseco nō ē dicēdū in eius ꝑtāte: sed actus volūtatis aliqs saltē est in eius ꝑtāte dicēte Aug. in lib. de trinitate et retracta. Nihil tam in ꝑtāte volūtatis sicut ipamet volūtas ꝗ est volitio: ꝗ respectu alicuius actus est volūtas actiua. Et etiā simil̄r sit passiua respectu eiusdē manifestū est cū sit coꝝ subiectum cuꝫ sint opationes in mente et metaphorice. Tertio sic nullus effectꝰ vel opatio dicit magis eē passiuū ꝙ actiuū: ꝗ volitio dr̄ esse volūtatis. ꝛ sibi iputat sicut cause p̄ncipali: ergo volūtas eius est causa effectiua. Quarto sic. si voluntas mouet ad extrinseco: ꝗ nullo modo est causa effectiua sui actus cū nō sit de ꝑtāte volūtatis impedire illa que mouēt ab extrinseco: q: cū mouēt naturalr nō est in ꝑtāte volūtatis quin actus suꝰ sit in eo. ɔsequens est falsum. Quīto pꝫ hoc de intētione Aug. in de trini. vbi dicit ꝙ possibile ē eē duos eq̄ dispositos animo ꝛ corꝑe naturalr ab extrinseco ꝛ eq̄ tēptatos de eiusdē corꝑis pulchritudine ab extrinseco: ꝛ tn̄ vnus mouet ad illicite fruenduꝫ et alius perseuerat in voluntate pudica: ergo huius volūtatis vel illius nulla pōt poni causa effectiua extrinseca: q: oīs causa extrinseca eq̄liter agit in vtrūq ꝑ casuꝫ ꝛ cōtingētē diuersitatē oportet reducere ad diuersas volūtates sicut ad causas efficiētes quod est propositum

E
Tertia conclusio

Tertia ɔclusio ꝙ volūtas nō est totalis causa effectiua sue opationis. Hoc ꝓbatur sic. omnis actus volūtatis p̄supponit aliquā notitiā: q̄a nihil amat nec odit nisi sit aliquo mō cognitū ꝗ talis notitia p̄supposita ē aliquo modo causa effectiua ꝑtialis actus volūtatis. ɔña patꝫ: quia nulla res ab alia depēdet nisi aliquo modo illa sit sua causa: q: anima hic sufficienter confirmat in esse ꝑ suas causas: quia actꝰ volūtatis depēdet in esse a notitia: ergo ille est ipiꝰ cā non materialis nec formalis nec finalis: ꝗ efficiēs. sed nō totalis vt manifestū est et p̄us ꝓbatum est: q: voluntas est causa sui actus: ergo noticia est causa effectiua ꝑtialis. Secūdo sic. appetibile mouet appetitū. iij. d' aia. ꝗ res extra ɔcāt volūtatem vt plurimū: tn̄ hoc non est semꝑ ɔcedendum cū volūtas sit ipossibiliū vt dicitur. iij. ethicoꝝ. potest causari volitio respectu cuius nulla res extra manet sed causat ab aīa informata ceteris cognitionibꝰ abstractis sicut aliquis nulla rosa existēte recordatus ꝙ rosa fuit pulcher flos appetit habere rosam nulla rosa ɔcausante illum appetitum. Vn̄ qn̄ aristo. dicit. Appetibile mouet appetitum ꝛ ꝙ est mouens p̄mū est mouēs ꝛ nō motū. accipit appetibile ꝓ re qua appetit vel ꝓ noticia t'lis rei Tantū eī valet noticia rei ad causandū appetitū sicut ipsamet res: quia ipa nūq̄ causat appetitū nisi ꝑ noticiā sui. ergo pꝫ ꝙ aliq̄d aliud absolute ɔcurrit sicut causa partialis effectiua volūtatis. Tertio hoc expsse dicit Ans. de libe. arb. c. iij. nullā inq̄t voluntatē habemus vtputa que sola sibi sufficiat ad actū. Rursus pꝫ illud ꝑ aug. ix. de tri. in diuersis capl'is. Memoria in nobis tenet rōnem patris: intellectus filij: amor spūssancti. ergo amor ꝓcedit ab alio ꝙ a sola volūtate. Quarto pꝫ hec ɔclō de actu btifico ꝛ actu dānato reproboꝝ: q: si isti essent totales cause illoꝝ actuū posset beatus se non beatificare: ꝛ dānatus se a pena liberare. ɔñs falsum.

Cōtra secundam conclusionē
Arguitur primo

Cōtra illas ɔclōnes arguit ꝛ spāliter contra secundam ꝛ tertiam. Primo sic contra secūdam. si volūtas foret actiua sue operationis aliq̄d moueret se ꝛ deduceret se de potentia ad actum ꝛ esset in actu ꝛ in potentia respectu eiusdem. ɔsequēs falsum ꝛ ad qd̄ deducit cōmentator tanq̄ ad impossibile. ix. methaphisice. cōmento. ij.

Secundo

Secūdo sic. Non stant simul ꝙ voluntas sit causa libera ꝛ actiua. ꝗ est libera respectu sui actus: ergo nō est effectiua eius maior ꝓbat ꝑ cōmentatorē. ij. de aīa. cōmento xlviij. ɔtingens nō equaliter inuenit in potentijs agentibus ꝑ se sed in potentijs passiuis ꝛ earū q̄rū p̄paratō ad receptionē duoꝝ ɔrioꝝ ē equalis siue sit intelligentia siue aīa. ꝗ volūtas non possit esse ɔtingens equaliter respectu sui actus: ꝛ tamen actiua eiusdem.

Tertio

Tertio si sic. esset ꝓcessus in infinitū in volitionibus: quia q̄cq̄d volūtas ꝓducit volēdo ꝓducit. ꝗ si a actū ꝓducit volendo ꝓducit a actū. ꝗ ꝑ aliā volūtatē ꝛ illam aliā ꝑ tertiā: ꝛ sic in infinitū. Confirmatur ista rō per illud ans. de ca. di. c. iij. q̄cq̄d mouet se ad volendum p̄us vult se ita mouere ꝗ volūtas añ actū suū cognoscit ꝛ vult p̄mum actū ɔñs fl'm.

Quarto

Quarto volūtas hita cognitiōe pōt indifferent velle vel nolle illud: ergo nō determinat magis velle ꝙ nolle.

Quinto

Quinto ꝑ diffinitionē potētie actiue q. ij. metha. cōiter ponit potētia actiua est p̄ncipiū transmutādi alterū

in quãtum alterũ: ergo nulla res transmutat se. Confirmat̃ p dictum cõmentatoris. ix. metha. potẽtia agẽs est illud quod est pncipiuz transmutationis. Et aliud ſm q̄ est aliud cũ sit manifestũ q̄ nihil agit in seipm. Contra tertiam arguo sic. deus est causa totalis volitõis: ergo volũtas nõ est causa partialis. cõsequẽtia ptz et antecedẽs pbo p descriptionẽ cause totalis que est hec. Causa totalis est qua posita et omnibus alijs circũscriptis ponit̃ eius effectus et qua non posita omnibus alijs positis: non ponit̃ effectus: sed posito q̄ deus actũ volũtatis causet omni alia causa circũscripta actus iste erit. Et posito q̄ velit actuz istũ nõ esse oĩ alia causa posita actus ille nõ erit: ergo deus est cã totalis istius actus. Scdõ pbo q̄ dato h̃ sequitur q̄ crescẽte notitia augmẽtet̃ dilectio necessario. et sic volũtas velit intẽsius q̄ prius intuite. Consequẽtiã primã pbo q: quãdo causa alicuius effectus crescit que causa naturaliter agit et ſm vltimũ quod põt oportet effectũ crescere. capto tũc istum gradũ iste gradus est a sola notitia: quia volũtas manet vniformiter: ergo sola notitia est causa totalis alicuius grad' dilectionis: sed q̃libet g̃dus dilectionis ẽ eiusdez rationis cum alio: ergo qua ratione notitia causat istũ posset causare quẽlibet: ergo aliqua est dilectio totalis sine voluntate. Tertio sic. stãte notitia eadẽ potest volũtas amare et odire eũdẽ: ergo si notitia sit causa volũtatis act' volũtatis. sequit̃ q̄ idez agens naturale erit cã contrarioꝝ naturalr̃ in passo vniformit̃ disposito. Ad pmũ quãdo arguit̃ q̄ si volũtas foret etc. Dico q̄ nõ est incõueniẽs q̄ idez reducat se de potẽtia ad actũ scdz. sed ad actũ pmũ nihil reducit se: quia nihil generat se nec trãsmutat se vt causa totalis. Ad cõfoꝛmationez ↄ̃tis q̄ dicit esse incõueniẽs idez esse in potẽtia et actu cõcedo: et q̄ volũtas qñ est in potẽtia ad actuz sicut est anteq̄ velit nõ est in actu respectu isti' actus cõtinuãs illum actualiter: vnde solet dici q̄ continuat actuz v̄tualiter sed non formaliter anteq̄ actus pducat̃: ergo potest se sicut causa partialis transmutare ad actũ. Contra arguit̃ sic aliq̃d potest moueri a se: nec valet pcessus p phm dicentẽ. Omne quod mouet̃ mouetur ab alio a qua ppõne cũ nõ sit processus in infinitũ in motibus et motis. Cõcludit q̄ est deuenire ad vnũ immobile. Itez. viij. phisicoꝝ cõmento. ij. Illud quod mouet̃ debz diuidi in motorẽ et motũ et motoꝛ debet ducere gradũ a moto aut ſm diffinitionez et esse simul aut ſm diffinitionẽ tm̃. Ad ista dicendũ q̄ nõ sunt ad ppositũ: q: pcessus phi de motu locali sunt: nõ aũt de motu alterationis. Sed ↄtra. vij. phisicorum pbat̃ q̄ in parte intellectiua nõ ẽ alteratio: ergo volũtas nõ potest se trãsmutare ad q̃litatẽ. Ad illud rñdet cõmẽtatoꝛ. ij. de aĩa. cõmento. lvij. distinguẽs alteratõez: q: q̃dã est cũ corruptõe alicui' dispõnis p̃cedẽtis et quedã ẽ sine corruptõe tali ſ simplr̃ additio pfectõnis ad pfectionẽ. Vñ in fine cõmenti dicit sic. Est alteratio q̃ est euasio passibilitat̃. s. alteratio q̃ nõ ẽ ad pfectionẽ et alteratio de pma pfectõe ad vltimã. et hec est additio quã innuit Aristo. Aliter põt ad istud dici. oẽ qđ mouet̃ ab alio mouet̃. verũ est de v̄tute vocis q̄ oẽ qđ mouet̃ mouet̃ a deo q̃ est cã pncipalis oĩs motõis vt dicit aug. iij. de trini. c. vi. Nam sine illa motione nihil põt moueri vel se vel aliud. Alit̃ potest dici. Nihil mouet se vel alterat se sicut causa totalis ſ sicut cã ptialis bñ põt. et sic volũtas causat in se actũ suũ. Ad scdm qñ arguit̃ q̄ nõ stant sil' q̄ volũtas sit potẽtia actiua et libera. Dicenduz q̄ hoc est falsum: imo magis ptinet ad libertatẽ agere q̄ pati vt nulli dubiũ ẽ. Ad auctẽm cõmen. dicendũ est q̄ simplr̃ falsuz est q: in deo ↄtingẽs equalr̃ inuenit̃ in quo ẽ pma libertas et ↄtingẽtia tñ q̄tum ptinet de volũtate et eo q̄ volũtas est potẽtia passiua. Dictũ est eñ q̄ sit potẽtia actiua et silr̃ passiua. Ad tertiũ qñ arguit̃. volũtas nihil agit in volẽdo etc. Dico q̄ h̃ est v̄a volũtas nihil agit nisi volẽdo: q̄a qñ agit volitionẽ agit volẽdo nõ quidez illam volitionẽ ſ aliq̃d aliud vnde volũtas nõ pducit sic suã volitõez sicut edificatoꝛ domũ nec requirit̃ alia prius cognitio vel volitio actus pducendi detminata distãtia: ſ cognitio respectu obiecti cũ volũtate sufficit ad pducendũ volitionẽ. Ad ↄfirmatõez anſ. quicq̃d mouet se ad volẽdũ prius vult se ita mouere. Dicẽdũ q̄ anſ. eq̃uocat velle iuxta istã eq̃uocationẽ quã poit de libero arbitrio q̄ volũtas accipit̃ triplr̃ pro iusta mẽte affectõe et vsu. vñ sensus su' ẽ. q̄cq̃d mouet se ad volẽdũ prius vult se mouere: ita q̄cq̃d mouet se ad actũ vl' vsũ volẽdi prius voluit se ita mouere. i. prius hũit affectiõez cõmodi vel iusti q̄ potuit se sic mouere. Sz ↄ̃ ẽ illđ eiusdẽ de lib. ar. Null' põt velle nolẽs velle. nã oĩs volẽs ipm suũ velle vult. Dicẽdũ q̄ velle đr duplr̃ vere vel iterp̃tatiue. v̄e đr hõ velle illđ qđ ẽ obiectũ act' volẽdi. iterp̃tatiue v̄o qñ vult illđ ad qđ seq̃t̃ aliud. đr tũc illđ aliđ velle int̃p̃tatiue: Et q: ad volũtatẽ velle currere seq̃t̃ voluntatẽ velle: et ad volũtatẽ velle sedere seq̃t̃ volũtatẽ velle. et sic ad q̃slibz volitũ seq̃t̃ volũtatẽ velle. iõ dicit anſ. q̄ oĩs volẽs ipm suũ velle vult. nõ tñ intelligit q̄ oĩs volẽs suũ velle vult volitione detminata que est cũ actuali notitia voliti: quia cũ dicit detminatoꝝ obiectoꝝ etc. si dixi

Contra tertiã cõclusionem

Arguit̃ primo

Secũdo

Tertio

Rñdet̃ ad pmũ

Obiectio pma

Replica

Responsio

Ad scdm

Ad tertiũ

ctas volitiões haberet. Cõtingeret ergo illa ꝓpõne ponere infinitas volitiões simul. Dicit eni; de libe. arbi. ca. vij. Voluntas quã voco instrm volẽdi est semp vna et eadẽ quecũq volum⁹ ꝙ multiplr ⁊ ꝙ sepe volumus. ⁊ sic ꝯsequẽs illarum volitionũ sunt distincte voluntates in infinitum.

Ad quartũ

Ad quartũ cõcedo ꝙ voluntas habita cognitione potest indifferẽter in casu ad velle ⁊ ad nolle. Et quãdo dicitur nõ determinat magis ad ꝓducendũ volitionẽ ꝙ nolitionẽ: ergo ꝓducit vtrũq simul vel neutrũ. Nego ꝯñam in agente libero: sed hec agẽte naturalr antecedẽs potest esse verũ sine ꝯsequẽte sm cõem cursu; nature. Unde voluntas anteꝙ velit nõ magis determiat ad velle ꝙ ad nolle: q2 tñ ẽ sufficiẽtis ꝓtutis ad vtrũq.

R
Ad quintũ

Ad quintũ quãdo arguitur ꝑ diffinitionẽ potẽtie actiue. ꝯcedo ꝙ est principiũ trãsgrediẽdi alterũ sm quod alterũ et hoc nõ sequitur quin sit ꝑncipiũ transgrediẽdi et ad aliud verbũ ꝯsequẽter quãdo dicit ꝙ est manifestum ꝙ nihil agit in seipm. dicitur ꝙ verum est ꝙ nihil agit in seipm sicut agens illi⁹ qd agit: ꝑ sicut agens ptiale nihil ꝓhibet illud agere in se. Uel sic. nihil agit in seipm verũ est ꝑ se corrũpendo se vel generãdo se.

Z
Ad primũ cõtra tertiã cõclusionẽ

Et ad rõnem cõtra tertiã conclusionẽ quãdo arguitur ꝙ voluntas ⁊c. Nego istud. ⁊ quãdo ꝓbatur ꝑ descriptionem cause totalis que est ꝙ illud est cã totalis ⁊c. cõcedo ꝙ descriptio est bona. Et quãdo dicitur ꝙ deus potest facere actum voluntatis circunscripta omni alia causa ⁊c. Dico ꝙ rem que est actus voluntatis deus posset facere sine voluntate cõcausante: sed nõ potest facere ꝙ illa res sit actus voluntatis voluntate nõ causante. Unde hec est cõcedenda actum voluntatis potest de⁹ facere sine voluntate cõcausante. Et hec est neganda deus potest facere actũ voluntatis voluntate nõ cõcausante. Similiter ꝙ deus potest si velit esse causa totalis illius actus nõ infert ꝙ sit de facto sed tantu; de possibili.

Dubium

Hic posset esse dubiũ an posset ꝓbari euidẽter ꝙ aliq res posset esse causa effectiua alteri⁹ rei.

Rñsio cuiusdam

Dicit hic quidã ꝙ hec est regla qua illud sciri põt. Illud ad cui⁹ positiõe; ponitur et ꝑsupponitur naturaliter aliud quicq̃d naturaliter causatur illud est cã eius: vt si a presupponitur naturaliter ante b. et ad positionem a sequitur b poni: ⁊ b naturaliter causatur. igitur b naturaliter causatur ab a. Addit ꝙ effectus naturaliter causetur: quia ponatur ꝙ deus ad presentiã solis causet lumen in medio ita ꝙ nollet causare lumẽ in medio nisi ad presentiam solis. cum ergo lumẽ nõ possit esse nisi per presentiã solis tunc ꝙ illud lumen nõ causatur naturaliter: ergo sol nõ erit eius causa in ꝓposito: sed ista regula ad cognoscẽdũ de causa effectiua nõ est euidẽs.

Cõtra opinionẽ

Probatur quia nulla res est ad cuius positione; sequitur aliquid aliud poni quod nõ est pars ipsius nec deus. ergo nulla res est quin potest poni in effectu licet nihil demonstratur in esse. Antecedẽs probo: quia solem deus posset seruare sine hoc ꝙ aliquod lumen esset in medio. ⁊ aqua; sine hoc ꝙ frigidũ esset ⁊ generaliter ex isto ꝑncipio qd puto eẽ verissimũ deus potest separare oẽm rem ab alia que nõ est deus nec est pars eius: ⁊ cõseruare ea; in esse sine quacũq alia re que nec est de⁹ nec pars eius. Ex isto ꝑncipio sequitur ꝙ nullius rei positio infert formaliter aliq̃d aliud poni sup effectũ: et constat fideli ꝙ deus potest causare quãcũq rẽ effectiue sine creatura: ergo non est possibile scire an de⁹ eẽt vel creatura: q2 eode; modo potest de⁹ causare sicut creatura. Cõfirmatur ista ratio: q2 qñ aliq̃d eode; modo potest fieri a natura vel ab ente. Nõ est via possibilis discernẽdi an illud factũ fuerit a natura vl' ab ente per ipm effectu;: quia effectus nõ vniformiter ex vtraq ꝓuenit qd est ꝓpositũ: ergo pari ratione cum oẽ productũ a natura possit eodẽ modo produci a deo nõ potest sine alia euidentia ad sciendũ ꝙ natura ꝓduxit hec sicut causa et sic constat fideli ꝙ deus potest manutenere ignem ⁊ suspẽdere ipsius actionẽ passo approximato: ergo nõ sequitur ignis est approximatus cõbustibili ergo cõburit. ⁊ simul co; hoc possibile est ꝙ deus creet ad presentiã ignis calorẽ sine igne: ergo nõ est possibile homini scire que res est causa effectiua alterius vel scire an aliq res creata sit causa alterius. ideo dico in hoc articulo ꝙ nulla est regula ad ꝓbandum certitudinaliter vnã rem esse causam effectiuã alterius sed tenetur ꝓbabilr ꝙ a est causa b quando videmus posito cõiter in diuersis locis ⁊ tempori⁹ aliquo tali q̃le est a statim inuenitur aliq̃d tale quod est b: tũc dicim⁹ ꝙ a est causa b sicut quia in diuersis temporibus ⁊ regionibus applicato igne homo sentit calorem vniformiter adesse dicimus ꝙ ignis est causa caloris naturaliter.

Ad scdm argm.

Ad secundã rationẽ contra tertiã conclusionem quãdo dicitur ꝙ notitia est concausa actus voluntatis. dicitur ad illud ꝙ tali casu posito bene verum est ꝙ oportet actum augeri ⁊ ꝙ crescente sciẽtia crescet amor. Unde dicitur ꝙ in tali casu per crementum scientie omnes alie cause agunt vehementius et efficacius. Et quando arguitur ꝙ tunc voluntas inuite vellet per illum gradum dilectionis: quia vellet diligere nisi gradu priori quẽ ꝯtinuat. Respondet ꝙ sicut possibile est voluntatẽ nullum actum habere et tamen ꝙ habeat actum illu; quo vellet nullum actum habere: ita possibile

est ꝙ habeat talem gradum: ⁊ tamen nō velit ita intēsum gradū habere. a casu est si actꝰ iste augeatur nec volūtas necessitatˀ ad illū gͣdum nisi ſm quid: tamē volūtas isto casu posito nō impediet quin iste actus intendetur: sed ista rñsio nō apparet mihi ↄueniēs: q: intelligēdo ꝙ intēsio in forma est ꝑ additionē partiū ipsius ꝙ diuersi gradꝰ sint forme diuerse ꝑtes forme. sed cōstat ꝙ tales ꝑtes nō sunt alteriꝰ speciei a toto: q: tunc nō carēt aliqd intēsius. vnde relinquitˀ ꝙ quelibꝫ pars charitatˀ est charitas sicut qͥlibet pars albedinis intēsiua est albedo. eodē modo qͥlibet pars dilectōis siue gradus dicēte sancto Thoma sup quartū in solutione secūde qōnis. gradus cuiuslibet rei est pars illius rei. qͥlibet inquā pars dilectionis est dilectio: ergo gradus qui ponitˀ causari ꝑ se a sciā aucta est quedā dilectio: ergo ē aliqua dilectio cuiꝰ volūtas nō est causa ꝑtialis actiua quod est contra positionē quā tueri deberet. Preterea sicut volūtas nullo actu pōt velle quē ille nō causat: ita nullo gradu actus potest intēsius velle ꝙ potētia que nō causat gradū. Preterea responsio videtˀ dicere opposita. Dicit enī ꝙ gͣdus talis sit a sola notitia: ⁊ tñ dicit ꝙ ad augmētū notitie oēs cause ꝑtiales actus efficacius agūt: sed cōstat voluntatē esse vnā de causis ꝑtialibus sui actꝰ igitˀ illa volūtas efficacius agit in se actū suuꝫ ꝙ ꝑus. ergo iste gradus causatꝰ est a volūtate sicut a sciā. Preterea cōtra rñsionē. causa ꝑtialis nō potest agere sine sua totali: sicut si decē hoīes trahūt nauē sicut decē cause partiales tractus nullus de decē poterit mouere nauem nisi alijs coagētibꝰ: ergo nō est ↄueniēter dictū ꝙ notitia est causa ꝑtialis actus ⁊ tñ ꝙ potest intēdere actum ꝑ se nullo alio secū ad illū gradum coagēte. Ideo potest aliter dici ꝙ nō est necessariū ad augmentū notitie de obiecto augeri actū dilectionis in volūtate. Et qñ dicitur ꝙ ad augmentū cause totalis sequitˀ ⁊c. Pōt dici ꝙ illa forma arguēdi bene tenet vbi oēs cause ꝑtiales sunt naturales libere. Ubi vero causa partialis est volūtas ⁊ ipa est ꝑncipalis vtens alijs intēsius ⁊ remissius sicut vult non tenet argumentū ꝙ ad augmētū cause ꝑtialis sequitˀ intēsior actꝰ: exēplū habitus grāmatice ē intēsior in sorte ꝙ in platone ⁊ vterqꝫ vult considerare: igitˀ sortes intēsius considerat ꝙ pōt velle remissius vti habitu suo vel eque remisse vt alius considerat. Sic ergͦ dici potest ꝙ non est necesse ꝙ crescēte sciētia crescat amor. Ad tertiū quādo dicitˀ ꝙ si notitia esset causa partialis actus sequitˀ ⁊c. Dico ꝙ illud nō est incōueniens in ꝓposito de tali causa ꝑtiali ꝙ agat in passum quod est posterior causa ꝙ sit alia.

Alia rñsio

Ad tertiū

Unde cū volūtas sit causa libera ⁊ ꝑncipalior respectu sui actus ⁊ ↄtinens effectus cōtrarie virtutis: puta odire ⁊ amare nō ē incōueniens vt cū ea ↄcurrat alia cā ꝑtialis ad ꝓducendū ista ↄͣria in passo tali: ꝙ sit simul passum ⁊ libere agens actū ꝑtialē. Ad pͥmū argumentū qñ arguitˀ ꝙ si volūtas hūana libere vtatˀ creaturis sequitˀ ⁊c. nego ↄñam qñ queritˀ vtrum possit semꝑ maior eē in infinitū. pōt dici ꝙ nō. q: ex hoc sequitˀ ꝙ esset infinite virtutis: ⁊ vltra qñ arguitˀ. ergo aliqua difficultas pōt vincere voluntatē. pōt intelligi dupliciter. Uno mō ꝙ cogatˀ ↄtra ꝓpriam intentionē. Alio mō ꝙ determinetˀ ad certam inclinationē: sic ꝙ non possit in oppositū. ꝑmo mō volūtas nō pōt vinci: q: tunc possꝫ velle inuita. Scđo necessario est dicere ꝙ volūtas vincitˀ qñ ↄfirmatˀ in beatitudine vel induratˀ in miseria: q: determiatˀ ad vlterius actꝰ suos elicere mō nature: sicut dicunt illi mō qui tenent ꝙ volūtas nō possit clare videre deū nisi amaret eū. tunc posset dici ꝙ deus vincit voluntatem in amore: ita dici potest ꝙ difficultas potest sic augeri ꝙ voluntas dimittat sponte renisum suum ⁊ resistentiam suam. ⁊ sic dicetˀ vinci a difficultate. Ad secūdū qđ est ↄtra ideꝫ qñ arguitˀ de tētatione si volūtas ⁊c. dico ꝙ possibile esset tētationē in tantū augeri ꝙ volūtas relicta in suis naturalibꝰ nō possit resistere: tamē nō cogeretur: quia iste terminus cogere īportat aliqͥd fieri in aliquo contra eius voluntatem: ⁊ hoc non potest esse in volūtate nisi vellet inuita: quod includit cōtradictionem. ⁊ illud satis innuit apl̄us. j. ad Chor. x. Fidelis ē deꝰ qͥ nō ꝑmittit vos tētari sup illud quod potestis: sed faciet cuꝫ tētatione etiā ꝓuentū vt possitis sustinere. Ad aliud. qñ dicit ꝙ hec difficultas non ꝑimit libertatē voluntatis: quia impugnare potest inuitam expugnare nō posset qđ verum est q: quando volūtas tentationi assentit: dato ꝙ esset ita intensa ꝙ nō possꝫ reniti manifestū est ꝙ non est expugnata inuita: quia vult assentire. ⁊ licꝫ niteretur ante resistere crescente tamen difficultate eligit nō resistere. Uñ non expugnatur inuita sed volūtarie assentit non coacta. Contra dato isto sequitˀ ꝙ voluntas potest necessitari ad peccandū: nego ↄñam. quia ↄͥter dicendū est ꝙ nō obligatˀ ad resistenduꝫ nisi vsqꝫ ad certum gradū tētationis vel difficultatis: quia nō potest vlterius. ⁊ si tamen vlterius tentatio inualescat: vel deus faciet ꝓuentum hoc est proueniet ſm gradū tentationis vel sine pctō tētationi cedetˀ: vt nō perdatˀ. Ad tertiū qñ arguitˀ ꝙ inter voluntatē resistentē ⁊ tentationē elidentē nō esset ꝓportio. ⁊ ꝑ ↄsequens sic pōt

Ad pͥmū ↄͣria.

Ad scđm.

Ad tertium

augeri tētatio ꝛc̄. pz ꝓ predicta ꝙ h̄ est verum et qū infert̄ igit̄ volūtas nō vtit̄ libere creatur. Patet ꝙ ꝯn̄a nō valet. nam lꝫ tētatio possꝫ sic excrescere vltra quēcunqꝫ gradū datū nō tamē cresit ꝛ sic ꝓ sep̄ de facto sicut notū est.

R
Ad quartū

Ad q̄rtū patet ex dictis ꝙ in actibus volūtatis est diffi cultas vt materia circa quā operat̄ est magꝭ ri stabilis vel minus: ꝛ ideo ƀm hanc viā manife stū est: ꝙ cōcedi debet ꝙ velle subire martyriū magis difficile est q̄ leuare festucā.

S
Ad quintū

Ad quin tū q̄n arguit̄ si volūtas libere p̄ncipiaret actus suos aut igit̄ quādo actus est aut q̄n actus nō est. Dico ꝙ q̄n actus est: q̄ q̄n actus nō est nō p̄ncipiat̄ nec causat̄ sic̄ dictū fuit i arguēdo. ꝛ q̄n arguit̄ ꝑ istam cōem ꝓpōnē. oīe quod ē q̄n est necesse est esse. Dico ꝙ ista est falsa de v̄tute vocis. q̄ ex illa sequit̄ ꝙ oīe qđ est necesse est esse: nec illā ꝓpōnem Arist. ponit in lr̄a p̄mo p̄ia⁊ menias sed istā. oīe quod est necesse: est. et nō esse quod nō est q̄n nō est necesse est. ecce plane dicit oppositū illius ꝓpōnis ꝛ subdit. nō eīn idem est eē qđ est necesse esse q̄n ē. ꝛ similit̄ esse ex necessitate ꝺ: autē ꝛ in eo quod non est. Ex isto videt̄ ꝙ nihil aliud vult dicere nisi ꝙ h̄ est nec̄ria oīe qđ est est q̄n est. ꝛ hec est nec̄ria oīe qđ nō est nō ē q̄n nō est: ꝛ tunc nihil facit ꝓpō ad argumentū. Ad magr̄m autē dico ꝙ vult nihil aliud dicere nisi ꝙ volūtas nō est li bera ad ponendū actū in esse q̄n est nec quādo preter. ꝑ:rit: ponit eīn actū in esse libere a libertate p̄cedente. Unde q̄n ꝓducit actū tūc d̄r libere ꝓ ducere: q̄ potuit p̄us ꝓducere ꝛ nō ꝓducere et oībus cōcurrētibus que ad actionē cōcurrunt et ideo ꝙ ponit liberū arbitriū respectu futuri ꝛ oīe futurū aliq̄n erit p̄n̄s. ꝯsequēs dicere est ꝙ liberū arbitriū libere causat illđ respectu cu ius dicebat̄ liberū.

Responsio alia

Aliter dicūt quidā ꝙ volū tas ꝓ alio ꝓ quo ꝓducit habet indifferentiā p̄o rē naturalr̄ in actu: ꝛ ꝑ istā indifferentiā potest illū actū vel alium indifferēter elicere: ꝛ sic sal uat̄ libertas volūtatis etiā respectu p̄n̄t̄: nō q̄ dum causat potest nō causare: sed q̄ pōt prius natura nō causare.

Obiectio

Sed cōtra hoc arguo sic. in hoc volūtas habet indifferentiā p̄iorē na turalr̄ isto actu: ḡ in hoc habet indifferētiā ad istum actū. ꝯn̄a patet ab inferiori ad superius affirmatiue: q̄ illa determinatio p̄iorē natura liter istum actū nō est detrahēs. sed ꝯsequens est falsum: q̄ in hoc habet istū actū: ergo ꝑ hoc nō habet ad istū actū indifferētiā.

Secūda

Preterea si in hoc instanti potest istū actū elicere indiffe renter: ꝛ in hoc instāti iste actus est: ergo istum actū indifferēter pōt elicere q̄n est. quod nō est intelligibile.

Tertia

Preterea q̄n dicit̄ ꝙ in hoc istā ti volūtas p̄us natura est indifferēs ad actum ꝙ eliciat actū. q̄ro q̄d intelligit̄ ꝑ istā p̄oritatē nature. Et apud aristotelē nihil aliud potest i telligi nisi ꝙ volūtas est causa sui actus. ꝛ cau sa est prior natura effectu necessario: licet nō ꝑ tēpe. ꝛ certe ad istū intellectū hec nō est intelli gibilis voluntas p̄or est natura indifferens ad actū in hoc instanti: q̄ talis p̄oritas nō potest assignari aduerbialiter sed tm̄ noīalit̄ ƀm mē tem Arist. lib. p̄dicamē. vbi dicit illud p̄us esse alio quod est cōuertibile cū eo: ƀm ꝯn̄aꝫ eēndi ꝛ est aliquo modo cā illius. sicut esse hoīeꝫ: ƀm ꝯn̄am essendi cōuertit̄ cū vna de se oīone. Naꝫ si est hō: vera est oratio qua dicit̄ ꝙ ē homo: ꝛ si vera est oratio qua d̄: ꝙ est hō est homo: sed res est causa ꝙ oīo est vera. sed oīo nō est cau sa vt res. Sꝫ ideo verū est dicere res est prius natura v̄itate oīonis. ꝛ res est causa veritatis oīonis. ꝛ tūc si dicat̄ sic. si volūtas est cā actus indifferēs in hoc instāti manifestū est ꝙ ꝓposi tio est falsa. ꝛ ideo talis modus loquēdi de tali p̄oritate nature in eodē instāti friuolus ē et va nus.

T
Ad sextū p̄ncī.

